103. quem & Crucem appellant.] Similiter cap. 14. Crucem, id est Horon. Causam appellatio habet cap. sequ. ubi dicit Pallenius de Horo crucifixam, & extra eum factam, & aliud cap. 27. quod superior ille Chiristus ab aliis

moth cruci, id est Horo, fuerat innixus; sicut etiam cur Lytrotus, id est, redemptor dictus sit, quod purgatam a malis, & deinceps confirmata nonnihil coniugi restituere. Prinde & Graecie legi debet & auctor & uterum, pro eo quod est & & uterum, aut & nonnullum, quod legit Interpres Epiph.

104. Carpffen.] Graecie & & . Quam vocem rei mei studio interpretatur Leopoldus loco supradicto cap. 84. vindicem, assertorem, seu manumisorem, quam Rhenanus: fructificatorem, & Epiphanius Interpres fructuarium. Nam fructum nullum constat aditum ex Horo, at vindicem fuisse Sophia ex eiusdem restituente manifestum est. Allegat ille pro nostra haec sententia illud Charissi veteris Grammatici, vindicia & grecia. Legi autem cum 3. MS. cod. declinata inuestigatione patris, pro: de inclinata; eo quod legatus apud Iren, credentes iam quoniam incomprehensibilis est pater.

105. totam Enthymesim, id est, animationem cum passione, &c.] Enthymesim cum passione separatum non posse fieri, sic abuci, sine expozi, ut habet Author, deducit Iren. lib. 2. cap. 25. & 26. Neque enim (inquit) aliud erat Enthymesim eius, nisi passio incomprehensibilis comprehendere cogitantis, & passio Enthymesim; impossibilitas enim sensiebat. Atque adeo res scandunt sententiam Ireni Enthymesim ab eius interpretibus transfertur: intentio sine cogitatio. Sed explicatio est Tertulliani vox (qua ex limitibus paginarum in contextum irreficit) animatio, quippe quam auctor pro animi conceptu vehementi, secundum propriam significacionem Graecie vocis, utpote qua à θυμῷ dermetur, quam non aliud quam animum vehementer significare adnotauimus ad B. Cyprian. lib. de Laps. num. 79. occasione illius Iren. 42. Et superduxis super eam animationis &c. Adhuc autem videtur ad illud Iren. lib. 2. cap. 16. Primi motu eius de aliquo Enza appellatur; perseverans autem & aucta, & vniuersem adprehendens animam, Enthymesim.

CAP. X.

106. Sed quidam exitum Sophiae & restitutio- nem, &c.] Quam eiusdem sit cum c. preced. argumentum, iusta inscriptio: De Horo productione, &c. (vel loquitor Auctor libro de Prescript. adu. her. c. 7.) de Enthymesi & Ectromate, secundum alios. Pro eo quod habet Author exitum, apertius Iren. passionem. Accipi interim videtur etiam hic exitus (scilicet supra Tom. lib. ad Scapul. num. 20. adnotauimus) pro: exito, cui Sophia, nisi restituta fuisset, erat quamproxima.

107. Sed & vultures foeminas tantum, parere aiunt.] In vulturum enim (inquit Rhenan.) genere non nascitur, sed foemina omnes. Aspernum ventum aut eorum ore hinc excipiunt, & sic vento vice semini implentur. Author Alianus.

108. & tamen sine masculo mater metuere postremo.] Sic lego, omisso: &c., superfluo. Supplendum autem videtur de sedari ob illud postremo) ex Ireno: primo quidem contristari propter incommunationem generationis, metuere postremo ne finis quoque infesterit; hoc est, ut ille appetitus, ne hoc ipsum finem habeat.

109. Vbi enim iam Tragedia & Comedia, &c.] His verbis explicat quomodo sub finem cap. preced. acceptis exposuit, utpote non simpliciter, pro: abiecit, sed pro: sciam abiecit. Cum rei plene sunt tum Co-

mœdia, tum Tragedia. Hinc illud Terentij ibidem à Rhenano citatum: Erat h̄c Corinthia anna haud impura, ei dedi exponendam. Linus lib. 1. dec. 1. paupero post initium: Ita velut defuncti (inquit) Regis imperio, in proxima alluvione, ubi nunc siccus Ruminalis est (Rumalarem vocatam ferant) pueros exponunt. Unde expositio dicti. Legi autem cum 1. MS. Vatic. cod. citra pudorem, pro eo quod alijs circa.

110. conuerit ad patrem, &c. in preces succedit.] Conuerit (inquit idem) absolute. Ita enim remansus latius explicans, sic habet: In iis autem passionibus factam accipere regreptionem, & in patrem regrediri conatam; & aliquando in auctor tamen defecisse, & supplicem patri factam. Prinde in preces succedit, pro succubuit, dixit phrasis sua, de qua supra Tom. 2. l. de Patient. cap. 5. num. 37.

111. Quidni? causa tanti mali.] Nam (inquit Rhenan.) Nus tentauerat ceteris & omnibus aliquid de magnitudine & incomprehensibilitate patris communicare. Unde Sophia eius rei cognoscere cupiditas.

112. vacuit.] Sicut (inquit idem) dicimus: decurrit, decurset, decurserat, sic Tertullianus usurpare solet, vacuit, vacuisset, vacuerat, sic lib. de vera Caro Christi, cap. 7. Nisi quod etiū vacuisset (inquit) tentatio ingenium, &c. Eodem lib. rursum: Aufim (inquit) dicere, si haec carni non accidissent, benignitas, gratia, misericordia, omnis vis Dei beneficia vacuisset. Iren. lib. de Pallio, cap. 4. Quandoquidem (inquit) labii vacuerat ab uberum gusto, pro carne rat, loquitor de Achille. Arbitror vulgaris fuisse consuetudinis, huiusmodi verbi enuntiationem.

113. Ignorantia, pauor, mortor.] Quarto loco additur ad Irenem stupor, sive admiratio, quam infra Auctor cap. 15. conternationem vocat, eam in Achamoth agnosco; sed in Sophia non videatur eam agnoscere Auctor. Atque quod hic dicitur: substantiae sunt, sicut lib. de Prescript. adu. her. dicit: ex passionibus materias edidisse; sicut etiam Iren. & Epiph. quod quam infra Achamoth adscribat Sophia partui abortiu, contradicere sibi ipsi Valentianos manifestum est. Legi autem paulopd, ordine verborum nonnulli immuraro. Ibi demum pater aliquando mortus per Monogenem Nun, quem supra diximus Horon. Neque enim unius Horo duo patres esse possunt: quod significare videbatur prior lectio.

114. In hac promit.] In hac, pro: super haec, quemadmodum legit Irenaeus Latinus. Atque: promit, iterum lego cum MS. 2. Vatic. codic. pro eo quod Rhenan. Substituerat: premitit; nisi malit que legere eodem significatu: emittit, quomodo haud dubie legendum a. Pud Irenaeus lib. 1. cap. 1. Nam quod Graecie est apud Epiph. & Theodoret. vertunt interpres product, maxime quum sic loquatur Irenaeus l. 2. c. 15. Emillum sicut & reliquias & nos Horon. Qui interim duas quum sententias recenset, sufficit illud supradictum, per Monogenem Nun, ad marginem ab aliquo fuisse adscriptum, & inde in contextum irreficit. At eum ille: Hunc autem Horon quidam quidem a Monogenem emissum dicunt, sly vero ab ipso Propator, (quem patrem vocat Auctor) in similitudine sua. Consutat autem hinc ibidem Irenaeus tria contadem. Annum, quod Horos excedat illum numerum.

115. foeminare.] Quod foeminare (inquit Rhenan.) composita dictione Tertullianus dixit, est apud Iren. masculofeminina; atque adeo omnino apud

Zz ii

LLIANO
latis onibus

Adnotat. in lib.

544

illum legi debet, quod ad marginem adnotauit Feuer-
denius: sine coniuge, cui consentit illud Abbatis
Billij: coniugij experte.

116. quia de patris sexu ita variat.] Explicat id-
ipsum Rhenanus: Patrem enim (inquit) aliquando cum
coniuge Sige, modo vero pro masculo & feminis esse vo-
lunt. Huc enim pertinet quod habet infra c. 34. de Her-
maphroditio.

117. Metagoge, id est: circumductorem.] Ex-
posito hac Graeci vocabuli ex paginarum limitibus in co-
textum irrepsit; propriè interim (inquit Rhenan.) me-
tra yoyos eum significat, qui in vñteriora ducit, hinc ab
Interprete Epiph. traductor veritatis.

118. Enthymesin verò, &c.] Interpres (inquit Rhenan.) Irenaei quam solet intentionem reddere Enthymesin, hic concupiscentiam veritatis. Concupiscentiam verò eius
(inquit) cum passione ab Hore separata & crucifixam.
Erasmus Roterodamus in Irenai recognitione ciborum
pro intentione sua commentatione interpretatus est.
Apud eundem quem legatis sicuti hic: crucifixam,
recte adnotauit Billius restituendum Graecè Σποταύρω-
νην.

119. & extra euum factam.] Hoc est (inquit idem)
extra Pleroma Eonum, Castiga locum Irenai, ubi le-
gitur. Extra eum factam. Tu scribe: Et extra euum facta.
De Proverbio autem: Malum foras, in Prolegomenis
nostris latius.

120. inspeciatam.] Id est (ait Rhenan.) sine specie,
& recte, nā supra lib. præced. speciatim similiter dixit.

C A P . X I .

121. Igitur post Enthymesin extorri, &c.] Caput
hoc inscriptissimum: De noua generatione duorum
Eonum, Christi & Spiritus sancti. Atque: extor-
rem dixit (uti etiam ante me adnotauit Rhenan.) quod
prius dixerat: relegatam, & Iren. separatam, item:
patris cura & proleptu, quod ille: secundum prouis-
tentiam patris.

122. ne qua ciuiusmodi rursus concussio incur-
teret.] MS. 3. Vatic. incuteret; sed illud placet. Ap-
ertus Epiph. Interpres ex Graeco: ne quod Eon similiter ut
ille afficeretur.

123. nouam excludit copulationem.] Exclu-
dunt (inquit Rhenan.) auct. dum incubando pallum emit-
tunt. Plinius: Columba excludunt vigesimo die. Supradictum
autem dixit: Et gallina fortia est de suo parere.
Monogenes quoque ex seipso Christum & spiritum san-
ctum peperit. Itaque apud hoc verbo usus est. Porro pre-
terquam quod hic faciat Monogenem masculofemini-
nam, & spiritum sanctum feminam, aut no-
nuam masculorum coniugium, nouam copulationem
Christi & spiritus sancti, quād etiam absurdum id
esse dicit Irenaeus lib. 2. cap. 15, quod sic aut excedatur
numerum tricentiarum Eonum, aut Eones isti dici non
possunt.

124. concinnationem Eonum.] Apud Ire-
naeum (inquit Rhenan.) legitur: & Christo & spiritu
sancto consummatos esse Eonas. Quare fieri potest, ut Ter-
tullianus scriperit consummationem, quod versum
sit oīstantia libri in concinnationem. Nam infra:
Exinde refecti sunt (inquit) & constabiliti sunt,
& in requie ex veritate compositi. Et tamen quia
sequitur: Christi erat inducere Eonas in naturam
coniugiorum, non male quadrat hic: concinnatio.
Nisi fallor enim, quod Irenaeus compaginem vocat, Ter-
tullianus, concinnationem dicit. Hacenus ille. Eg-

verò quum Græcè sit Χεταρπησην, quid confun-
mare seu omnibus numeris absoluere Interpretare trans-
ferunt, omnino lego: consummationem, maxime
quum plura officia Christo & spiritus sancti hi prop-
nentur.

125. inducere Eonas naturam coniugiorum] Irenaeus: Docuisse eos naturam coniugiorum, quare non
videtur etiam hic legendum: docere, pro: inducere.

126. & innati coniectationem,] Irenaeum: con-
prehensionem. Accipitur itaque coniectatio per
comprehensionem: nam sequitur, quod capere cum non
sit nec comprehendere. Sive autem lega cum est,
Ilam magis doctrina denotabo perueritatem, sive
cum MS. 3. Vatic. illud magis denotabo, doctrina
perueritatem, perinde est.

127. incomprehensibile.] Relat Rhenan, alio-
uit similiter accipiendo apud Irenaeum incompre-
hensibile, pro: incomprehensibilem, nam ex Gra-
co: Abba Billius: in eo quod de parte Patrios.
prehendi nequit.

C A P . X I I .

128. Itaque omnes forma & sententia per
quantur, &c.] Inscriptionē huic capituli datus: De
uo fructu ex omnibus Eonibus compaginis
Iesum vocabant, & angelis satellitibus. His
eandem absurditatem, que de præcedentibus, dico
dicti lib. 2. cap. 15, quod sic sequatur plures que
constituantur Eones; quibus si addantur & angelis
stellites, erunt sine numero. Lego autem ex Graeco
Graecum quam Latino: sententia, pro: scientia, sive
iterum sequitur: vnum iam omnes, etiam hinc
nendum sententia.

129. Omnes refunduntur in Nous, in sensu
omnes in homines, in Christos.] Sic profi-
dus est hic locus ex Irenaeo tam Graecum quam Latinum,
ut correspontent suis masculis coniugiorum, tunc
deatur eas dimicatax Eonum conjugationem, ne
qui nouas productiones adiderint. Antea deplorabili
in sermones, quod correspondet illi: in Zos. c. 10
loco legebatur: in Philetos.

130. & que feminæ, in Alethias, in Zos. 10
Ecclesiæ, in spiritus.] Similiter & iste: nulli
nullo pacto conuenit cum Nous, cuius vero Alethias
inde Christus correspontet spiritus; qui dum quatuor
mo producti sunt loco, etiam in Graecis & Latinis &
Epiph. cense hoc modo voces: in Ecclesiæ, in primis
contrario ordine transponendas; neque vero Canticis
mò nec Phileti conjugatio sive fortunata, sive
fortunata mutauimus: in spiritus. Mutatis autem
quis Rhenan.) non hic tantum, sed alijs frequenter
merum, eleganter risusque causa.

131. Ouidius Metamorphoseis suis debet
si hodie maiorem cognoscifet.] Zos. (inquit Rhenan)
Eonus isorum apud Valentianum. Clarus autem
est Author: in requie ex veritate compotus, pa-
in calce c. præced. dixerat: & veram induceret senten-
tem, pro: in quietem. Patrem vero iterum nascit
quem Irenaeus: Propator; ac: filiorum & nepo-
nomine, Non intelligit, & ceteris Eones ex illis
progenies productos.

132. Pleromate liberato.] Nam (inquit Rhenan)
Eones Pleroma concuerant, & ipsa negotia regi-
turi. Nunc vero ordinatis & compotis, ac per co-
stum & spiritum sanctorum instituti, Eones, nullo
amplicius periculum erat Pleromati. Effectum non
poterat.

Aduersus Valentinianos.

545

stabat propter quod venerat. Nempe solidata res, & Ple-
roma munitionis atque confirmatum, ne qua similis con-
cubio rus incurreret.

133. Videmus quotidie, &c.] Ex hoc loco (inquit
idem) vides Tertullianum mari fuisse accolam, ut in Car-
thaginensi agro verantem.

134. ad symbolam.] Collationem (adnotat idem)
symbolam (pro quo corrupte Lugdunensis editio: cym-
balam, & mox: cymbale) vocat, quoties scilicet à sin-
galis aliquid in commune confertur. Hinc Alymbolus,
qui nihil in medium confert. Recte itaque Turnebus lib.
Adu. 2.8. cap. 4. etiam apud Terentium in Andria le-
gendum: symbolam dedit, non: symbolum, quod quide-
tum, hic etiam perpetuam legunt.

135. nouis fratribus & magistris.] Nouos fratres
(inxia eundem) appellat propter nouam & postremam
copulationem à Monogene exclusam. Magistros, que-
mis erat ad consummados Eonas & instituendos. Le-
go vero ex 3. MS. Vatic. cod: spiritu sancto, pro: spiritu.

136. ex arte collatio quod aiunt.] Quamquam
hic (inquit idem) collationis & symbolae fit mentio (nā
Tertullianus) conferunt (inquit) in medium. Et mox:
vnū (inquit) omnes bonū conferabant. Item Ireneus:
Vnusquemque (inquit) eo quod habebat in se optimum
forentium conferentes, collationem fecisse. Rur-
sum mox: Et secundi Christi, quē Soterem dicunt, ex col-
latione composta fabricatio:) Nihilominus quando ve-
nisti exemplaria confitentes habent arte collatio, vi-
dei non tam collatio legi posse, quod omnibus obuium
est, quam collocatio, pro: arte mutuatio & alieno,
qua in unum conferentes boni viri, & apud amicum
negotiationis intentum collocantes, sic illum cum ornant,
cum adiuuant, prius ab eo sibi caudentes. Sanè apud Ireneus
hoc loco de hoc ipso Soter legitur: In eum deponentibus
velut florem suum; ut collocatio sit hic depositum.
Idem sensu erit, si arte collatio legas, aut certe nō ma-
gnere diversus. Evidenter apud veteres multa fieri
collato, maxime quoniam prater citatos à Rhenano locos,
etiam lib. 2. c. 37. verbis paulopōst citatis Ireneus consen-
tias. Redit autem hic Valentinianorum amentiam Tertul-
lianum, qui Eonas Iesum velut ex arte collatio pro-
ducunt statuunt, quoniam tamen eos unum omnes effectos
fuisse alitant. Sic Abbas Billius in Ireneum, apud quem
in Graeco contextu censetur legi debere τερψθλην, & apud
Interpretem Latinum probolam, pro co quod Graec est
τερψθλητο, & Latine problema, quo reflexisse vi-
detur Interpres Epiphanius, dum verit: problemata,
& emuliones; quippe quem hoc postremum significet
τερψθλην, ut supra adnotandum n. 68.

137. de patruitis.] Ireneus: patronymicē, Graec
apud Epiph. πατρούμικός, quod eleganter verit: Ab-
bas Billius: patrito nomine.

138. & omnia.] sic etiam Interpres Latinus Iren.
quare & Graec censet legendum Billius, ισχηπάτρα; quod
ipsum confirmatur ex illo dicti cap. 37. quem & omnia
nuncupant; quomodo prinde etiam transferendum vide-
tur eiusdem lib. cap. 15. ubi legitur: quem etiam totum
esse dicunt.

139. graculum Elopī.] De hoc proverbio inter Pra-
legemena.


140. Pandoram Hesiodi.] Ireneus (inquit Rhen.)
lib. 2. cap. 19. impia Valentinianorum somnia à Philoso-
phis & Poetis ostendens esse desumpta: Quod autem, in-
quit, saluatorem ex omnibus factum esse Aeonibus
dicant, omnibus in eum deponentibus, velut florem suum,
non extra Hesiodi Pandoram nouum aliiquid afferunt.

Quo enim ait ille de illa, hec bi de salvatore insinuant,
Pandoram introducentes eum, quasi unusquisque Ae-
onum quod haberet optimum, dona dedit ei. Idem c. 37. eius-
dem lib. sed neque de Paulo quidem (inquit) tacendum est,
sed exigendum ab his, in cuius Aeoniū typum Apostolus
nobis tradidit est, nisi forte in Salvatoris compositis eorum,
qui ex omnium collatione subsistit, quem & omnia nun-
cupant, eo quod sit ex omnibus. De quo & Hesiodus
poeta splendide significavit: Pandoram, id est omnium
mundi nominans cum, ob hoc quod ex omnibus optimum
minus in eo sit collatum. Et paulopōst: Et non solum (in-
quit) per Hesiodium hoc operata est mater eorum myste-
rium dici, sed & Pindari lyrics sapienter valde, ut celest
Demiurgo in Pelope, cuius caro in partes à parte diuisa est,
& ab omnibus Deis collecta, & allata, et compacta, Pan-
doram hoc modo significavit, ex qua & ipsi compuncti,
eadem secundum eos dicentes, eiusdem generis & spiritus
sunt cum illis. Rursum lib. 4. cap. 2. Valentinianos vocat
peruersissimos Pandoræ Sophistas: Quem patrem (inquit)
volunt vos audire hi qui sunt Pandoræ peruersissimi So-
phistæ & vtrumque mythum, quem & semetipsi fixerunt, an
matrem Eosum? (sic enim lego pro: eorum) an Virginem?
Porro fablum Pandora habet apud Hesiodium.
Et meminit eius Tertullian. lib. de Coron. milit. Si fuerit
(inquit) aliqua Pandora, quam primam fæmina-
rum memorat Hesiodus, hoc primum caput corona-
ratum est à Charitibus, quam ab omnibus mu-
neraretur. Vide de eadem adnotat. nostras in c. 7. dicti l.
de Cor. milit. n. 64.

141. Acci patinam.] Arbitror (inquit idem) Ac-
cium istum Spiritu non fuisse dissimilem. Huiusmodi
patinae mentionem fecit Annus Seneca lib. 15. epist. Me-
mini (inquit) fuisse quandam in sermone nobilis patinam,
in quam quicquid apud lautos solet diem deducere, pro-
perans in damnum suum, popina congeferat. Venerabilis
dylisque, & ofrebat eatem circumjacentia quā eduntur, inter-
uenientibus distinguuntur echinis, torti distracti sine
villis osibus nulli confrauerunt. Piget esse singula, cogun-
tur in unum sappores. In canā sit, quod fieri debet saturo in
ventre. Et paulopōst subdit: Graue est (inquit) luxuriari
per singula, omnia, semel & in eundem sapporem versa po-
nuntur. In eadem epist. pauloante meminit Sosiorum garis:
Quid illud (inquit) Sosiorum garum, preciosam maiorum
piscium sanum, non credis vere, salatae praecordia? ha-
bitenus ille. Talem Acci quoque patinam fuisse reor.

142. Nestoris cocetum.] Videatur (inquit idem) his
Nestor scriptor aliquis fuisse, vel insignis gula magister.
Proinde vel Cocchetum fortassis legi poterit, quas à Co-
cco, quod granum Graeci dicunt, deducatur, vel Coccentum,
quod esse edulij genus auit, ex melle & papaveri com-
mixtum. Potest etiam Cocchetum vox esse derivativa à
coco, ut intelligat varia cibariorum genera in unum con-
gesta.

143. Miscellanem Ptolomei.] Apparet (inquit
idem) opus fuisse ex diversis contextum. Verisimile est
Angelum Politianum Adnotationibus suis hinc titu-
lum muruatum; nam constat eum lucubrationes Tertul-
lianis legisse; nametsi hoc vocabulo Apuleius quoque vi-
tetur. Vatic. vero MS. 3. cod. legunt, sed obscurè fatis, Pro-



Adnotat.in lib.

546

lomxi philonici; fortè Platonicī, sed in contextu nihil immiscundum duxi.

144. Quam propius fuit.] Sic Cicero (inquit Rhen.) loqui solet: Nihil proprius factum est quam ut ille occidetur, id est, paulum absfuit.

145. de Atticis historiis Pancarpiam.] Vatic. MS. 3. cod. de aliquibus historiis. Qui quamquam videantur legisse: pancarpi pannirapiam, ego cum Rhenano recensui Pancarpiam. Nam, auctore Fefo: Pancarpiae dicuntur corona ex vario genere florum facta. Secundum Manicheus D. Aug. simum irridens, qui veteri instrumento ad litteram fidem haberet: Sed fortè (inquit) post Daretus & Entelli certamen, Iacob & ipsius pamphachiam expostare volueras? An numerum Amorosum, an Pancarpum in Arca Noe confidere dispositus? Significat Secundinus illud quod Gen. 6. c. legimus: Tollit igitur tecum ex omnibus scis que mandi possint, & comportabis apud te, & erunt tam tibi quam illis in cubo. Hoc vocat ille Pancarpian. Porro Pancarpia corona nomenclatura non male competit Soteri Valentini. ex omnium defloratione confit.

146. sigillarium.] Fefo (inquit Rhenan.) ludit in factitium istum Deum, imaginaculum eum appellans; nam sigillaria o significati ab Auctore accipi adnotauimus supra. 1. de Orat. c. 12. n. 49.

147. satellites ci angelos.] In hoc autem sibi conteriantur Valentini, quod hic angelos productos faciant ex omnibus. Eonibus, infra vero c. 20. ex Demiuro productos.

CAP. XIII.

148. Continet hic igitur ordo primam processionem, &c.] Hanc tractauit. Author supra c. 7. & 8. Sophiæ vero casum & Horis opportunitate auxilium, c. 9.

149. primam processionem, &c.] Hanc tractauit. Author supra c. 7. & 8. Sophiæ vero casum & Horis opportunitate auxilium, c. 9.

150. Enthymeseos & coniuncta passionis expiatum.] Id est (inquit Rhenan.) expiationem, liberationem, & purgationem, de qua c. 10.

151. Christi & Spiritus sancti paedagogarum.] Huc pertinet illud de iisdem, c. 11. Et ab eius officiis officiata, due schola, due cathedrae.

152. Eonum tutelarem reformatum.] Reformatum dixit pro reformatione. Hoc supra vocat consummationem. Metaphora est à tutoribus puerorum sumpta. Fuere autem Christus & Spiritus sanctus, perinde ac tutores Eonum prefeciti. Habet ante: Exinde reflecti & constituti sunt. Tractatur vero istud eodem cap. 11. Et qui prorsus lego, Eonum, pro: Eonem, ex MS. 3. Vatic.

153. Soteris paoninum, ornatum.] Hac cap. 12. Sicut autem (inquit Rhenan.) paus coloribus gemmatibus (ut alibi Tertullian.) insignis est, ita Soter Valentini anorum ex omnibus. Eonum defloratione confit.

154. Angelorum comparativum antistatum.] De hoc item c. preced. & surpas autem (inquit idem) antistatum, iuxta quartam inflectionem, pro pralatione siue premissione. Quam autem dicit: comparativum antistatum, coniungi contraria. Siquidem comparatio per aquationem secum adserit. Quid enim est aliud comparare, quam equare velle cum, qui comparatur ei ad quem sit comparatio? Et a natus eminentiam significat, ceterum diximus, aduersantem comparationi. Stulti itaque Valen-

tiani, qui angelos satellites pars generis Christi struebant, quem summa fingebant excellentia predatum.

155. Vos valete & plaudite.] Hoc sine (videlicet adnotat) Comœdia apud veteres claudebatur in publica recitata.

156. Alia autem trans sapientum cothurnatio est.] Est sapientum (inquit idem) auctore Fefo, sensu mimum, quamvis in quibusdam codicibus legum inimicum, sed perperam. Itaque sapientia sensu velut, ne spectatoribus omnia paterent. Et inde probant auctores. Hoc vocabulo uis est lumenis Satyra. Confumptis opibus vocem Damnae loculi.

Sapientia, clam osum ageres per Phasma Catulli. Sapientia, id est scene figurata, ut pro tota accipit. Annos Seneca lib. de Tranquillitate vite, c. 11. leges de Publio Mimo grapho: Publius (inquit) Tragicius Comique vehementior ingenii, quoties mimica impetu, & verba ad summam caecam spectaculi reliqui intermitte alia cothurno non tantum sapientia fortior, quia ait: Cuius potest accidere quod cuique. Vivendo sapientia ad scenas Comœdiarum et Mimerum propinquata, scis cothurnus Tragidianum est. Apud 1. de Asino aureo: Oro te (inquit) aulem tuum moueto, & sapientiam complecto, & a me communibus. Idem alibi: Aulus subducti, & omni sapientiæ scena disponitur. Tertullianus in principio libri: Ceterum (inquit) tota in adytis diuinis sapientia portarum, totum signaculum linguis lacrum membris virilis reuelatur. Sie enim sapientia, quum ante legatur: tot sapientia portans parij meminere Donatus & Probus Grammaticus autem suparat, & sapientiam. Poma plena sum, quod Horos custodit, sapientia loco est. Velut enim quod dicit trans sapientiæ, subiecti extra plenum dico. Est ergo sensus horum verborum: Alia tristis cothurnus est. hoc est: Alia longe atrium Tene est corum, que extra septum ac circulum plena derunt. Tragidianarum auctores vrebantur cothurno clementi genus est: Comœdiarum, siccus. Vide aliquando supra n. 8.

CAP. XIII.

157. Namque Enthymeli, &c.] Caput hunc simus: De Enthymeli sive Achamoth, quibus allegationem affecta sit morore, metu, contumie, & ignorante. Quod ipsum habet etiam de Prescript. adu. her. c. 49. Et apud Ireneum apud Theodoretum.

158. sive iam Achamoth.] Similiter apparet ab Ireneo, & Graec ab Epiphani & Theodoretus, quod hoc nomen ininterpretabile erat. sed & mox in candom sententiam inquit: Achamoth de, adhuc queritur. Few-ardentius interius videtius Ezymol. ex Hebreo voc Hachamoth dicitur. Sapientiam dicas.

159. in loca luminis aliena.] Alienus (inquit Rhenan.) cum Genitio, ut in lib. de Regn. carnis (inquit) aliena salutis. Similiter infra cap. 26. Alienus alicenum.

160. quod Pleromatis res est.] Ergo (inquit) lux est intra Pleroma, & extra illud tenebris res est, quae in umbra. Ireneus umbrata vanitas loca viciat, quae in schema Pleromatis obseruantur, ut videlicet medium vero tabulatum obseruantur infernum est.

161. in vacuum atque inane illud Epicouli.] Ep-

catus (eodem adnotante) unde cum Leucippo, Democrito, & Metrodoro, adserit individua quidem multitudine infinita, inanc autem magnitudine infinitum. Inane autem vacuitatem esse corporis, auctor Plutarchus. Atque istud latissime refutat Iren. l. 2. c. 3. 4. 7. ac 8. Cenoma vacuum illud appellans, quomodo etiam Graecè apud Theodoretum οὐδὲν τὸ κενόν, quare recte Abbas Billius etiam apud Iren. l. c. i. censet legendum νεράμετος, pro σκηνώματος, maxime quoniam loca luminis aliena, Graeci σκηνας nuncipient. Et prouidebat etiam legendum Latinè apud Irenaeum in umbra, ac vacuitatis locis; pro eo quod est: in umbra vacuitatis locis. & devenisse, magis ibidem plena quam deformatum. Idem Irenaeus l. 2. c. 19. disertus verbis scribit, Valentinianos umbram & vacuum à Democrito & Epicuro sumpsiisse.

162. defectius trilicet & abortiuia genitura.] MS. Vatic. cod. &c. ceteri: defuncta, sed lego cum Rhenano defectiuia & quia (inquit) subandit, existere. Siquidem Hellenisnum refert oratio, & verba que precedunt: nec facies referuntur ad genitum, non Enthymesis. Significat autem hic genitura, partum qui informis erat, nec volla predictus specie. Quo vocabulo in superioribus libris non semel usus est. Ut in lib. de Patientia:

Totius (inquit) genitura tributa dignis simul & indignis patiunt occurtere; & l. de Reg. carn. infida. Nam & exinde (inquit) à benedictione genitura. Alioquin Latini Horoscopum genitaram vocant, ut apud Iul. Firmicum est videre, & genesis. Sueton. in Caligula. Consulenti (inquit) quoque de genitura, Salla Mathematicus certissimam necem appropinquare affirmavit.

163. Dum ita rerum habet.] Hellenisnum est item (ut idem adnotauit.) Irenaeus: vii sentiens passio em, que erga illam esset, per separationem Pleromatis, concipiat corum que meliora essent, habens aliquam odoratorem immoratitatem relictam in se membris à Christo & Spiritu sancto. Ergo quod Tertulliana calum, id Irenaeus passionem vocat; ut sit compos calus, id est passionis.

164. Usus est.] Sensu est (inquit) idē vñusius ut rebua nomina tribuantur oppido quā liberaliter. Hic venit mibi in mentem Proverby illius veteris: Expedit habere multa cognomina. Quare etiam retinui vocem: liberalitatibus, pro eo quod Vatic. i. MS. libertatibus.

165. Enthymesis de actu fuit.] Est enim (inquit idem) Enthymesis verbale nomen apud Graecos, nemp̄ deriuatum ab Ενθυμέομαι.

166. Sophia de matre manat.] Irenaeus: Quapropter ipsam vocari duobus nominibus. Sophiam paterniter, Pater enim eius Sophia. Vt rāque lectio bona est; nā fuit Sophia, pater & mater Abramoth.

167. Spiritus sanctus ex angelo accipit Christi.] sic lego, pro: Christum, quod nullo sensu habebatur. & si dicat: Spiritus sanctus nomen accipit Abramoth ex angelo Christi, id est Spiritu sancto, quem (vel Rhenano etiam adnotante) Valentiniani Christo adiungebant, tamquam angelum quandam. Debet enim istud correspondere ei quod habet Irenaeus: & spiritum sanctum, nemp̄ vocari, ab eo qui est erga Christum spiritus. sic enim ibi prosit legendum, pro: spiritus. Omiso item cū 3. Vatic. MS. vocē ic. ubi legebatur. A quo dierelicta te statim senserat desiderium.

168. si non idem Horos qui matri eius tam prosp̄er venerat.] Vrōp̄e quia mater Sophia (vii suprà est cap. 9. & 10. iusti bone fato in eum incursasset, in reliquā substantiam fuisse dissoluta. Atqui restituendus hoc loco Irenaeus, et non potuisse apprendere illud, quoniam coecebat ab Horo, pro: nō potuisse; nam similiter ex Graeco translati Abbas Billius.

169. vt etiam inclamarit in eam Iao.] Apud Iren. legitur (inquit Rhenan.) Iaoioth. Et sic Horon (inquit) coercentem eam ne aduersarius irrueret, dixisse Iaoioth. Verum ego cum Iren. Epiph. & Theodoreti Graecis exemplaribus, puto ibi etiam legi debere: Iao, & omitti

LILIAN,
Latini onibus
L. II.

Adnotat.in lib.

548

vocem: aduersarius, que Greci non est, ut etiam verit ex Greco Abbas Billius, nec dissentit Feu-ardentius, qui istud etiam adnotauit: Tertullianus (inquit) non aliter explicat, quam sequitur exclamaret: Porro Quirites, aut Fidem Caesaris. Epiphanius contra heret. 26. Iao principem in primo celo ab illo collatum scribit. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 18. inter plura alia & hoc nomen à Paganis adtributum fuisse Solis, probat hoc oraculo Apollinus: Intelligo Iao esse omnium summum Deum. Diidorius Siculus lib. 5. lib. c. 5. ignorantie vocis lehoise deceptus, somnias, Moysen apud Iudeos, à Deo qui vocetur Iao, leges acceptas tulisse. Euseb. denique lib. 4. demonstr. Euang. cap. 29. Iaho (inquit) est salus, hoc est Dei salutare. Porro cur Iaoth legi non debet, etiam aliam rationem reddidi supra lib. de Pre script. adu. her. legit: Pro Quirites, eligat Lectio quod volet.

176. Porro Quirites. Sic (inquit Rhenan.) baiuli inclamabant populum, ut quisque sibi caueret, ne cui imprudentes sarcinam impingerent. Macerius interim in dictum 49. cap. lib. de Pre script. adu. her. legit: Pro Quirites, eligat Lectio quod volet.

177. Fidem Caesaris. Fortassis (inquit Rhenan.) hic significat hoc ignotum vocabulum. Quasi Horos ille custos Pieroatus, videns Enthymem in tanta temeritate irruere, dum lumen illud amissum exquirit, quem in summo periculo non supereret aliud remedium, inclamauerit Fidem Caesaris, qua non soler implorariensi in atroci caso.

178. Inde inuenitur Iao in scripturis.] Non existimo Auctorem de scripturis sacris Iaoqui, sed non aliud velle quam quod habet Irenaeus: Vnde & nomen Iao factum dicunt.

179. nec habens superuolare Crucem, id est Horon. Iterum Hellenismus est (inquit Rhenan.) Greci enim habere, pro posse usurpare, Philostratus in Iconibus: οὐτε ἐχοῦσι τηλαβεῖσθαι, id est, non habens apprehendere, id est, quem non posset apprehendere. Vide similes phrasēs supra Apolog. cap. 37. num. 484. Irenaeus nihil habet aliud quam: quem non posset pertransire Horon, sed addidit: crucem Tertull. ut conueniret iocu quoniam subiungit.

180. quia nullū Catulli laureolum fuerit exercitata.] Phrasēs Tertullianica: exercitata laureolum. Atqui (inquit Rhenanus) Nauius poeta Laureolum subiungit, & Leontem in carcere scripsisse fertur. Post hunc Catullus Mimonographus, qualis Laberius quoque fuit, duos Mimos composuit, quorum unū Phasmati nomen fuit, alteri Laureoli. Utriusque meminit luenianus Satyra 8. his verbis:

Consumptis opibus vocem Damasippe locasti
Sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,

Iudice me dignus vera cruce.

Sic Laborum Minum quandam, ut Auctor est Gell. Co phinum inscriptis, alium Alexandriam, alium Fullonem. Ergo in Laureolo Mimo index agebatur in crucem: id que apud populum sicē representabatur. Et Domitianus sententiam quandam capitalis noxe consuetum ac damnatum serio insit in crucem suffigi, atque ab urba posse discipi, spectaculum rei vere populo exhibens. De quo facto per quam elegans Epigramma apud Martial. expat. 1. Id est huiusmodi:

Qualiter in Scythica re ligatus rupe Prometheus
Affidam viuo pectora pauit auem,

Nuda Calydonio sic pectora præbuit vrfo,
Non falsa pendens in cruce, Lareolm.
Viuebant laceri membris stillantibus artus,
Inque omni nusquam corpore corpus erat.
Denique supplicium dederat necis ille patens,
Vel domini iugulum foderat ene nocens.
Templa vel arcano demens spolierat auro,
Subdiderat seuas vel tibi Roma faces:
Vicerat antique sceleratus crima famæ,

In quo quo fuerat fabula, pœna fuit.

Laureoli Mimi Roma representati Suetonius metu nem facit in C. Caligula, Laureatus Mimus vocatur enim in quibusdam codicibus legitur. Et quoniam in Lareolm (inquit) in quo acto propriez se ruma (suprime prospere e ruina) sanguinem vomuit, ut plene fundatur certatim experimentum artis daret, gravem abundauit. Iosephus Antiquitatum lib. 19. C. Cæsar mortem describens, velut explicit argumentum Lareoli Mimi, dum inquit: In illo siquidem fractio, ha auguria prouenient. Mimus namque est intrepidus, actum est, ut index deprehensus crucigeret, illo minus subtilam saltauit Cynire, in qua & eis eius filia Myrrha videbatur, atque sanguine illa arte diffusus, & circa iudicem crucifixum, & omni niram atque Myrrham. Porro Tertullianus qui omnia quia peritissimum fuit, sensu hic est: Enthyma fuisse exercitata in scena, in agenda fabulatione Catullus Monographus Laureolum inscriptum index in crucem agebatur. Atque si illam sicut histrio in representanda in crucem attulisset, la dexteritatibus habuissest fortasse crucem portare, est Horon.

181. ut destituta passioni illi sua in trichotomia perplexa.] Sic pro sis legendum ut sepe omissa coniunctione aquae. Nam idem vult quod Rhenan. quoniam complexa fuisse passionem, fuit, et sit Billius, passio multangularis, & que multi per constabat, implexa fuisse, omni genere una (passio) capi adfigi. Illud autem mactore, quod non petrasset inceptum, intelligi debet ex Irenaeo, quod non adprehendit lumen.

182. Nec ut mater eius, &c.] Sensus est (inquit Rhenan.) Alter autem, & longe infelicius altius est Enthymēs filia, quam cum matre eius Sophia, fratre magistratu Bythi patris. Nam mater per Horonem malis fuit, & deinceps confirmata. Atque hec Irenaeus. Et non (inquit) quemadmodum mater est ma Sophia, & son, demutationem in passione suam fecerunt, sed contrariebat. Q. D. Passiones cum non fuerint, sed aucta potius. Addimus autem mixtae. Parte cod. vocem scilicet.

CAP. xv.

183. Age nunc, discant Pythagorici, angelis Stoici, &c.] Tridum huic capituli deducimus. Quis his passionibus Materia mundi originem continet. Atqui quod Stoicorum & platonis operis est Materiam innatam omnium rerum principium, & supra dictum est lib. preceps. adu. Hermogenem, & non in infra cap. sequ. mentionem facit maxime cap. 1. non in ac 11. & cap. 8. num. 32. De Pythagoricorum fidei opinione conseruit Epiphanius, haret., scribens Pythagoricos & Peripateticos aequaliter discisse cum Stoici, & Platonis. Quod autem Valentinius imitati sunt Pythagoricos vide Iren. l. 2. cap. 19.

184. in omnem struem mundi] Sunt

(inquit Rhenan.) dicit pro structura, sive constructione, ut
sepe structus, pro constructus.

185. Mercurius ille Trismegistus.] De hoc, quem
Mercurium Aegyptium ibi nuncupat, latius infra lib.
de Anima.

186. magister omnium Physicorum.] Physicorum
(inquit Rhenan,) nomine Philosophos intelligit. Sic l.
1. adu. Marc. ut plerique Physicorum formidaue-
rint initium ac finem mundo constare. Ego vero non
quaesuius Philosopher Physicorum nomine intelligi puto a
Tertull. sed solim eos, qui de Naturis scripserunt. Sic enim
loquitur lib. 5. adu. Marc. Physica, id est naturalis su-
perstitionis elementum.

187. Audit conuersationem genus aliud pa-
ssionis.] Adiudicat ad id quod pradixit: Insurgente ad-
huc & alio fluctu, conuersonis in Christum, quo
viuificata fuerat. Verum hoc genus passionis latius
trahit cap. sequ. Ex qua, ut hic subiungit: omnis anima
mundi, id est, ut alibi loquitur: animale, seu anima-
lis substantia, dicitur constitutus.

188. etiam ipsius Demiurgi, id est Dei nostri.]
Debemus latius cap. 18.

189. Audit mero & timorem, &c.] Simile
est illud Iren. De timore autem & tristitia reliqua
initium habuisse. Quis recte addit: Et quidem enim Tra-
gazia hic multa est, & phantasia unicusque illorum ali-
ter aquae alter granular exponentis, ex quali passione cu-
mibet elementis (sic enim lego) substantia generationem
acceptis. Nam & Author se variat. Supradicta enim c. 49.
l. de Proscript. adu. her. Ex pauro (inquit) tenebrae fa-
tum sunt (quarum hic nusquam mentio) extimote & igno-
rancia (quod infra cap. 22. appellat nequitiam macro-
nitis spiritus nequitia & malignitas; ex tristitia &
lacrimis (quod ipsum hic late profequitur) humida foun-
tum, fluminum materia, marisque; addens ibidem
& sudeores, ex quibus quasdam dulces aquas ortas ex Ire-
naco max dicentes. Quibus hic paulopost additur: ex con-
farnatione & pauro corporalia elementa ducta-
funt, ac nempe, viti arbitror, & aqua & terra, ut sit
quidam ex parte repetitio. Addens & risum illuminato-
rem, ex quo lumen effulgit. Denique infra c. 23.
videt Author ignem, dicit: ex motu eius ex-
cillum, qualiter & febricitauerit Achamoth.

190. Habit & saltas, habui & amaras & dul-
ces, &c. Hic Author varia aquarum genera recenset: de
quibus paulo latius Irenaeus, distinguens unde singula que-
que ora deretur, Nempe (or in summum contrahamus)
aquas que in mari sunt, saltas & lacrymis, quoniama la-
crys & sunt qualitate, fontes vero & flumina, &
sique sunt alias aquae dulces, ex sudoribus. Addens:
Quoniam autem & calidæ sunt aquæ austerae, sive acries
(quas Author vocat amaras & bituminosæ & ferru-
ginantes) intelligere debes. Sic enim lego, pro: debemus, ex
Græcam & Billius veritatem, intelligendas tibi relinquo
quod faciens, & ex quo membro emisit. Addis his Au-
thor: Celestes imbre pipiavit Achamoth, de quo
max latius. Porro de aqua venenata Nonacris & Lyn-
ceatum, quæ ebrios efficit, infra latius lib. de Anti-
mate p. 5. num. 557.

191. & Salmacis inde se soluerit, quæ masculos
molles facit.] Sic ex 3. M. Vatic. cod. pro: mollefacit,
et qui ob hanc (inquit Rhenan) effectum Ouidius obce-
nam vocat his carminibus. l. 15. Metamorph.

Quodque magis mirum, sunt qui non corpora-
tantum,

Verum animos etiam valeant mutare liquores.
Cui non audita est obscenæ salmacis vnde?
Æthiopæsq; lacus, quos si quis fauibus haustit,
Aut fuit, aut patitur mirum grauitate sopore.

Huius rei causam reddens Seneca: Similem (inquit) habet
vix mero, sed vehementiorem. Nam quemadmodum ebrie-
tas, donec exsiccetur, dementia est, & nimia grauitate de-
fertur in somnum; si aqua huic sulphurea vix habet
quoddam acruis ex aere noxio virga, quod mentem aut fu-
rore moset, aut sopore opprimet. Ceterum unde Salmacis
dicta sit molles & impudicos reddere, qui ex ea biberint,
quod hic Tertull. vocat, maculos molles facere, docet
M. Vitruvius Architectura lib. 2. Is. inquit, (de Salma-
cidis fonte loquitur) falsa opinione putatur venereo mor-
bo implicare eos, qui ex eo biberint. Sed hec opinio quare per
orbem terrarum falsa rumore si propagata, non poterit ex-
ponere. Non enim quod dicuntur molles & impudicos ex ea
aqua fieri, id potest esse; sed est eius fontis potestas perluci-
da, saporiisque egregia. Quum autem Melas & Trewanias
ab Argie & Trezeni coloniam communem e loci deduc-
erent, Barbaros Caras & Lelegas cicererunt. Hi autem
ad montes fugati se congregantes discerrebant, & ibi la-
tracione facientes crudeliter eas raffabant. Postea de colonis
vnus ad eum fontem propter bonitatem aquæ, quæstus
causa, tabernam omnibus copiis instruxit, & amico exer-
cendo eos Barbaros allecentabat. Ita singillatim differentes,
& ad caenos consenserentes, è duro sero que more commutatis
in Græcorum confundendim & grauitatem sua voluptate
reducabantur. Ergo ea aqua non impudico morbi vicio,
sed humanitas dilectione molitis animis Barbarorum,
cum fama est addepta. hec Vitruvius. Vbi interim id quod
adscitur ex Ouidio & Seneca, de aquis Sulphureis, que
furor aut sopore opprimunt, non ad Salmacis pertinet,
sed ad quodam Æthiopicum lacum. Quod ipsum Colophoni
adtributum, supradictum autem l. de Baptism. n. 38. & de-
codem latius lib. de Anima.

192. pipiavit.] Scribit Epif. (inquit Rhenan.) pi-
piationem esse clamorem plorantis, lingua Oscuram. Pi-
piavit ergo celestes imbre Achamoth, id est: pi-
piando & plorando emisit. Factitium verbum est a sono
plorantium pipi. Similiter dicit Author infra Tom. 5. l.
de Mong. infantes pipiantes.

193. Achamoth.] Ex MS. 3. Vatic. cod. lego Acham-
oth. pro: Achamoth; nam correspondent ubique &
Græc & Latine Iren. Epiph. & Theodor. In quo nobiscum
sensit Rhenan. nam eo quod sic habebat Paterniacensis
cod. censem legi debere Achamoth. Et nos; sicuti etiam
lego.

194. Ex confestatione.] Irenei verius Interpres,
qui similiter cap. præced. & postea verius confesta-
tionem, hic: inconfitabilitatem; Abbas Billius: animi
anxiæatem, & stuporem, Epiph. Interpres: deserationem,
Theodoreti vero: dubitationem; omnia enim hac vox &
etymologia significat. denique Author supra cap. 49. l. de Pra-
script. adu. heret. apiorationem vocat.

195. in tanto circumspecto, &c. ridebat, &c.]
Sic ex MS. 3. Vatic. pro: circumspectu, more Tertulliani-
co, qui: prætexto supra & alibi est vix, ut etiam pau-
lopof: quale, pro: quæ. Atqui istud apertius expressit
Ireneus iuxta Rhenanum: Aliquando autem (inquit) in
cogitationem veniens eius quod dereliquerat eam lumen,
diffundebatur & ridebat. Idem interpretatur: nec ob-
stupefas qui, id est, quomodo.

CAP. XVI.

196. Sed quoties ridere voluisset, &c.] Caput hoc

LILIANO
lati onibus

Adnotat.in lib.

550

inscripsimus: Quid ex conuersione ad Paracletum à Christo misum animale genus propagauit Achamoth. Rētē autem hunc locum explicat Rhenanus: Enthymesis, siue iam Achamoth, tenebatur magno desiderio lumina amisi. Et quoties ridebat, non habebat quidem verum lumen, sed lumen recordationem. Et tamen hoc aliquid erat, ut quamlibet pusillum sufficeret frērit; ne desertoribus suis Christo & spiritui sancto supplices fieri cogeretur, valde sacerda & arrogans existens, quod commune mulierum vitium est.

197. defertores suos.] Christum scilicet (inquit Rhenan.) & spiritum sanctum. Nam supra habes de Christo se subducere; Hac (inquit) misericordia functa, nō sine spiritu sancti societate, recurrit Christus ad Pleroma.

198. more materno.] Adiudicat illud cap. 10. de matre Sophia; cōcūrbit ad patrem, in preces succidit. quare etiam hic malūsem legere: concurrit, sed M.S. 3. Vatic. habent: concurritur.

199. Sed Christus, quem iam pīgebat rursus extra Pleroma profici.] Legit Irenaeus (vel teste Rhenano) qui pīgritatus est secundū descendere. Supra enim legitur cap. 14. Elegitū à superioribus Christus. Intērim Abbas Bellius conformiter Tertull. ex Graeco vertit: quim rursus descendere pīgeret. Ex Irenaeo proinde adiecit: rursus.

200. vicarium pīfecit Paracletum Soterem.] Sic ex M.S. 3. Vatic. cod. pro: pīficit. Nā et Iren. (Rhenano etiam citante) Paracletum (inquit) misit ad eam, hoc est, salvatorem.

201. largito ei patre, &c.] Largito, prō: largiente: Graecē enim est apud Iren. pīfante ei virtutem omnem patre. Atque adeo sic castigandus illius vetus interpres.

202. vti in ipso secundum Apostolum omnia conderentur.] Omnino legendum ex 3. M.S. Vatic. cod. conderentur, pro: confederentur. Nam illud apud Iren. Epiph. & Theodor. legitur, iuxta illud Ap̄stoli Colloſſ. prīm. Quoniam in ipso condita sunt uniuersa; ad quē locum alludi inde patet, quod cītentur etiam ab illis verba sequentia: visibilita, &c.

203. cum officio.] Iure & fulsū (inquit Rhenan.) officium catiū est eorum qui magistrati īseruit. Unde apud officium deponere, & officio tradere. In quē sensu & hīc usurpat Tertullianus.

204. coētaneorum angelorum.] Irenaeus: (codem adnotante) Mittitur autem (inquit) ad eam cum coētaneis suis angelis. Atque hoc est quod sup̄a dixit Tertullianus, de Sotere loquens, ex omnī. Nonum deſtructio ne conflato: Ut autem (inquit) tārum sigillariū extreſcus quoque inornascent, satellites ei angelos proferunt; par genus, si inter se potest fieri. Igitur si Soteri additi sunt, de nouo creati; non sunt eo antiquiores, sed coētanei.

205. credas & cum xii. fascibus.] Huiusmodi pompa (inquit Rhenan.) Consules Romani incedebant. Duo-decim fasces & torides securi cum litteribus L. Ian. Bruto, & L. Tarquinio Collatio primis Coss. post exaltos Reges sunt additi: Ita tamen ut penes unum tantum essent, qui propterea Maior Consul vocabatur. De qua re etiam aliquid adgitimus Adnot. nostris in B. Cyprian. Epifol. 16. num. 10.

206 velamentum sibi obduxit.] Castiga (inquit idem) locum hunc apud Irenaeum, & pro: eam, lege: eum, & procooperationem, cooperationem, hoc modo: Hanc autē

Achamoth reuerit am cum dicunt, primo quidem con p̄tionem imposuisse ei, proper reuerentiam. Interpretationē id est sibi, vertit ei.

207. Quibus inde conceperat, &c.] Iren. (oden allegante;) Deinde autem (inquit) quum videlicet com p̄mūniū fructificatione sua accurreret, (sine scūrificiō), virtute accepta de visu eius. Qui etiam recte interpretat illud, sc̄. & c. X̄. id est: Domine, salve.

208. atque confirmat agnitionem.] Sup̄a eam Christus (vñ est. 14.) eam confirmat, en. in ap̄tū eius ibi, informarat, solius substantiae, non eius scientia, seu agnitionis forma.

209. & ab omnibus iniuris passionis expiata, &c.] Irenaeus (inquit Rhen.) Et curatim pīficiat, eas extermi nari, quemadmodum priores, et quā habili & pōtentiā essent. Possibilita dixit pīficiat Irenaei, pro potentia & validā, quod Tertullianus, tata & vnu viriōsa. Pergrinus enim legere cum dīc̄. & M.S. 3. ac Rhenano, viriōsa; atque adeo eius de Pallio c. 4.n. 77. vestigia cœtū virtutis adnotātū.

210. non cadere negligenter, &c.] Irenaeus (in teſte;) Et non neglexisse eum, inquit; necen̄ ex pīficiatib⁹ eas exterminari, quemadmodum priores, et quā habili & pōtentiā essent. Possibilita dixit pīficiat Irenaei, pro potentia & validā, quod Tertullianus, tata & vnu viriōsa. Pergrinus enim legere cum dīc̄. & M.S. 3. ac Rhenano, viriōsa; atque adeo eius de Pallio c. 4.n. 77. vestigia cœtū virtutis adnotātū.

211. massiliter solidata.] Sic exponit (inquit quod Irenaeus est) coagulatum.

212. deficit securum in materia corporaliteraturam.] Hoc est (inquit idem) iuxta Irenaeum, ut sup̄a separatim. Paraturum iterum vñp̄at belū, ut sup̄a se pīficiat. Sic lib. de Carne Chriſt. Dicitur, inquit, de sua paratura recuperare, ad lib. 1. Nulla sibi pīficit prospicere agnoscendo paratu& l. 2. sic adīcat qui propria paratura causā in tantū paraturam desiderabat, vi circūlā. In hoc ipso libro inſīa: In hoc, inquit, & paratu& di pīficiat. Vnde etiam de paratura Adnot. Apolog. c. 22. n. 3. 53.

213. commutans ex, &c. pīficiat.] Propter idem effigie figura Graec., vt sit sensus: Commutatio pīficiatib⁹ ex incorporeis pīficiatib⁹ in corporeis habilitatē atque naturam. Sed pīficiat nō tentiant, Irenaei verbū referre. Neque enim meliorē inueniri potest: Sed (egregiantem) (inquit) quā lego, pro: pīficiatū commutatū es, & fūtū tamē & naturam fecissū es, ut in corporeis & corpora venirent. Atqui pro: habilitatē pīficiatū ritur noua vox in 3. MS. Vat. habitabilitatem placet.

214. vt duplex substancialiarum, &c.] Irenaeus in eodem: Vt: (inquit) fierent due substancialia, una pīficiatū mala ex pīficiatib⁹, altera autem cōmutatū, & nō nō.

215. HAC ERIT MATERIA CVM HERMOCENE. COMMISSIT CVM HERMOCENE.] Irenaeus (inquit idem) hoc est in certamen defendere, fūtū diatēdiatores propriē committuntur, quādam de diatēdiatores compenſantur, ut sup̄a adnotātū, ob dīc̄. Atque Apostolos committam, I. de Proscript. ador. & qui hīc colligere est effīcī scriptū hīc lib. pīficiatū versus Hermogenem in quā & nō eum pīficiatū.

CAP. XVII.

216. Abhinc Achamoth expedita, &c.] Tūc huic capiti dedimus: Quod ex imaginatione pīficiatū

Aduersus Valentinianos.

55 E

genus Achamoth produxit. Similiter autem Ireneum (ut etiam citat Rhenan.) satis obscurè iuxta editio-
num veterem, sed clariss., si ex mea conjectura sic legatur:
Hanc autem Achamoth extra pafionem facta conce-
pisse pra (pro: de) gratulatione, corum quæcumque sunt
luminum visione (antea erat: visionem) id est angelorum
qui erant cum eo, & delectantur in conspicuæ sine in con-
cupi, vis in margine est, & magis voci Græca correffidet,
tunc Tertium. verbo obscuris, quibus prefatur verbis
padoris evir. peperisse fructus secundum imaginem dicunt
partim spiritali, secundum similitudinem factum satel-
litum salvatori. Quæ omnia paucioribus & clariss ex-
probat Theodoretus: Ipsam autem separatum ab affectio-
nibus angelorum capit desiderium, & spiritali fructum
produxit angelus similem. Quare videtur mihi emendari
debet textus Græcis, ex quo vertunt quidam: congregam
cum illo; neque enim id aut Actor, aut Theodoretus habent
sed potius; intra seipsum concepisse ex sola contem-
platione.

217. & sibi intimarunt.] Intimate (*inquit Rhegan.*)
proximum reddere, Sic in lib. de Habit. muliebri: Nullus
(inquit) clausus argentum intimat tabulis. Vbi
vide & Adnotas, nostras c. 5. n. 4. Sive autem leges:
Trinitas generum cum excusis, sive: generis cuius 3.
Ms. Vat. perinde est, ex quibus interim: Elb. addida. Le-
gendum autem eritiam cum Ireneo Graec. & Iacov. & Latini
materiale, pro eadē quod est: *U. N. T. materia*.

CAP. XVIII.

218. Hac auctoritate, &c.] *Inscriptionem damus
eum capiti*: De Demiурго per Achamoth ex ani-
mali substantia productio. *Aqui recte addit. Auctor:*
*quod cum magno horro blasphemie & pro-
coniendum & legendum est & audiendum. Est
enim blasphemia in Deum nostrum, ex Achamoth
utriusque animali substantia productum dicere,*
*qui vitat. Auctor initio lib. 5. adu. Marc.) fine origi-
nale eternus, innatus, infectus, sicut non semel repe-
tit lib. adu. Herny. Certe etiam hisis errori blasphemie
adseritur Irenaeus l. 2. c. 3. ac 9. & etiam impu-
nabiliter 44. 54 ac 55.*

219. trium, &c. liberorum.] *De Iure* (inquit Rhen.)
trium liberorum multa sunt p̄sūm in constitutionibus
veterum imperatorum. *Vetus Interpres*, hoc est, expofitor
Culci Theodosiani, qui mutuus exstat, in cap. de *Legitimia hereditibus*, l. 5. docet mārem habere ius trium libe-
rorum. Singulis tres partus viros, & libertina quatuor
feminas. Hoc prouilegium etiam illis, qui nullus foſtilerat
libero, interdum principiū favore concedebatur. Ius triū
liberorum, sicut *Tranquili*, parva felix matrimonii
experto, tribuit *Traianus Cesar*; id rarij̄mō facere
sunt, ne numerum excedens, quem apud amplissimum
fatum sibi suffictrum dixerat. Porro mukum valēbie
triū liberorum ad hereditates aedundis. Dif-
finitio autem: *Eo animo, vnum ad animale, conuerit;*
eo vnum ad animale referatur, & conuerit, abſolu-
te accipitur.

210 prolatis Soteris disciplinis.] Interpres (inquit idem) strenuas doctrinas vocat: Consenseram (inquit) in forma-
tione sua que facta erat de consuertione eius animalium sub-
stantiarum, emisitque propter Salvatores doctrinas. Seneca est
autem dicit Enthymem, et adiunxit, Nisi paulo ante dixit
renam: Virtus enim Saluatorum fabricasse.

221. Deum fingit huc nostrum.] Fingit accipi pro:
ormauit, ex eodem Iren eo patet. Qui addit, sicuti etiam
beodret. & Epiphanius: ex animali substacia. Quam

⁷ blasphemiam idem refutat l. 2.c. 53.

222. præter hereticorum.] Iterum [vit etiam Rheban, adnotat] præter iungit cum Genitio, ut in fratribus cum Ablativo adiu. *Marc.* l. 4. Præter oneribus consparsum offuscinatum eduxit ex Egypto, quemadmodum illius adnotauimus. Sumit enim præter, pro præterquam. *Cicer ad Q. Fratrem.* Atque etiā è Graecis ipsi cauendis sunt quædam familiaritates, præter hominum perpacionis; si qui sunt vetere Graeci digni. Sic *Græci* & *πάντες usurpati*, cum Nominativis coniungentes, pro præterquam, sive nisi. Similes etiam sunt loci eiusdem l. 4. adū. *Marc.* præter ex causa adulterij, & *supradicta Tom.* 1. *Apolog.* 6.n. 79. præter vnioco dixito.

223. & Demiurgum, & regem vniuersorum. *Sic ex MS. 3. Vatic. cod.* Nam non solum Regem, sed & Demiurgum, id est, opificem vniuersorum duebat. Quod nomen mutuarunt *Vaticanian* à Demiurgo Platonico.

224. Ab illo enim omnia, si tamē ab illo, & non
ab ipsa potius Achamoth, à qua &c.] Sic iterum ex
MS. Vatic. & adit. i. pro quad irreperat, in ipsa, &
à quo, addens ex Iren. Epiphian. & Theodor. omnia.
Quia scītā partim Ḥ̄ben, adnotat̄, Irenæus scribit: om-
nia (nam sic ex Greco legendum, pro: Ea) que post ipsius
fuit, eum formis latenter (quod hic dicit: occulto) mo-
tum à matre sua. *Aiqui ignorantiam istam Demurſe*
impugnat Irenæus l. 2.c.5.

225. singillario extrinsecus ductu. Ita haud libet legendum cum 2. Vat. MS. cod. aut. singulatio, cum tertio Vat. MS. cod. pro eo quod erat: singillario. At si dicat, nos us extrinsecus per singula ductu. Si legamus singillario, id deriusnam coniectur a singillaria, de quo vide Adnot. nostras ad l. B. Cypriani de Oratione Dominicana, n. 18. Si altero, eodem significavit dixit Plautus in Captiuis His indito cathepsis singularias.

226. nomen illi Metropatoris miscuerunt.] *Iren-*
ensis (*vicit etiam Rhen. adstantia*) *Vnde (inquit) Metro-*
patorum & Apóstolorum, & Demiurgum eum & Pa-
trems (*sic enim castigandus est ex Græco, pro: Fratrem*)
vo-
cant. Dextrorum quidem patrem dicentes eum, id ḡt P̄s-
chiorū, S̄m̄fr̄v̄n̄ vero, id ej̄ H̄lycorū, Demiurgū,
mūnum autem Regem. Atiqui quām ὥλικῶν legatur a-
pad Iren. & Epiph. lego: materialium, pro eo quod corru-
tiſſerat: maternarum, nam & MS. Vatic. quampro-
xič accedit, & id etiam conſet A. B. Billius Schol. in
Irena: s.m.

C A P . X I X .

227. Sed nec nominum proprietas, &c. *J Caput*
hoc inscripsimus: De imaginibus seu similitudinibus,
quas ignorante Demiurgo latenter Soter operatus
fit in Amachom. Pertinet autem etiam istud ad fabulas
de Idaeis Platonicas, quas pulchrer refutat Trend. 2. c. 6. vbi
etiam paulo apertius eotonum hunc locum repetit quam l. i. c.
l. dicens inter cetera: Quoniam modo ea quae sunt creature,
sic varia & nulla & innumorabilia. Etonum xxx. ima-
gines esse possunt? &c. ne prolixiores simus.

228. in honorem Ætonum imagines commentata-
tam.] *Qum et Græc apud Epiphanius.* Et hic apud Ter-
tium et apud Iren. l.2. sic legatur; omnino etiam Iren. l.1. c.
1. legendum: imagines, pro: imaginem. Facit autem ad
intellectionem, quod posteriori loca Iren. similitudines vocet
errum qui intra Pleroma sunt Ætonum.

mes fec
A.A.

LLIAN
at omnibus

229. rursus hoc in Soterem, &c. detorquent. }
Clarius (etiam Rhen. adnotatè) Irenaeus: Magis autem Sal-
uatorē, per ipsam nemp̄, dicunt imagines fecisse. quod

AA

alio loco dicit: in conditione per matrem.

230. ut ipsam quidem (nemp̄ Achamoth) imaginem patris.] *Apertus* est istud dicere Achamoth imaginem patris, et non *M&v filium*, seu potius imaginem N& filij, quam scitae apud Iren. lib. i.c.i. legitur: in imagine; ubi adeo etiam sic *cristianum* & *Gracum* et Latinū textū appareat, ex eiusdem ioco posteriori, ubi differet verbis Demiurgum seu mundi fabricatorem imaginē vngnito vocat, non in imagine.

231. inuisibilis & incogniti. 1 Quod pater ille seu
Præparator inuisibilis quidem, sed non incognitus, pub-
cre deducit tren. l. 2.c. 3.

232. incognitā sicilēt & inuisibilem Demiurgo. Istud idem pulcrē ac tamquam blasphemiam impugnat ibidem c. 5. Demiurgum N^o. filium

233. eundem autem Demiurgum N^e filium effingeret, Nempe Soter. Atqui recte Rhenan. Sensus est (inquit:) Demiurgum imaginem N^e filii Propatoris evngeniti seu Mongenisi effingeret; quod ipsum ibidem impugnat Iren.

234. Archangeli vero Demiurgi opus, rebus quos
Ænas exprimerent. Id est (eodem Rhenano interpre-
tante) religione Æonus esse imagines. Et contra re-
tæ treu. loco mox citato: Quam multi sint (inquit) & in-
numerabiles circa factorem angelii, quomodo Pleroma-
tis angelii, angelos factoris imagines habebunt; iam non
consequentialibus xxx. Eomus (sic lego, pro: Æonis)
in multiforum conditionis varietatem, &c. que com-
pendij gratia omissimus. Hoc interim inde patet, quod
Valentiniiani præter angelos satellites Soteris in Ple-
romate, etiam angelos seu archangulos (vii vocat folia
Tertullian. quantum apparer ad distinctionem celorum)
opus Demiurgi somniauerint; atque adeo etiam in
Schemate nostro archangulos Demiurgi comites adieci-
erunt. Atque recte Rhenan. ibi: multo magis patris subau-
dirionarum.

235. imaginem N^o ignorantis patrem.] Etiam
hanc blasphemiam impugnat Iren. vbi suprà.

236. & angelos famulos simulacra dominorum.] Famulos appellat, quos supra c. 12. satellites; & simulacra, id est imagines Dominorum, nep̄e, uti paulo ante: ceterorum Aeonum.

237. mulum de afino pingere.] *Vice inquit Roppan.* prouerbij vspat: mulum de afino pingere, id est: ad exemplar ineptiarum, similium ineptiarum exemplum repreſentare, aut ad mendacia, nona mendacia conſinger. Nam ſabicit:

238. & Ptolomeum describerit de Valentino. I
Portentos istos nugas prior Valentinus commentatus est,
Ptolomeus aliquid de suo adiecit, ab Auctore nominibus
varians. Ergo Valentino heresios istius auctori, nomen as-
di competit, ut nulli Ptolomeo discipulo. Ex asino &
equa mulus gigantur mensa 12. ait Plinius l. 8. & mox
addir: Observatum est duobus diversis generis natura teripi
generis fieri, & neutri parentum esse similia; & eaque ipsa
qua ita natura sunt, non gigante in omni animalium genere
& non sine causa null vocabulum Ptolomeo sit tri-
buendum.

CAP. XX.

239. Igitur Demiurgus extra Pleromatis limites constitutus, &c.] *Hac caput inscriptum:* Quod Demiurgus mundum hunc & celos condiderit. *Atque istud etiam impugnat Iren.* l. 2. cap. 5. *maxime* quam dicat à Demiурго extra Pleroma constituto mundum conditum.

240. nouam prouinciam.] Adiudicat (nupta illan.) ad morem Imperatorum, qui prouincias subiungunt; & est Appositio. Hoc Irenaeus his verbis refutat, trem itaque & Deum dicunt factum eorum quod non extra Pleroma, fabricatorem esse omnium? subiungunt. Hyllicorum Separant enim diuis substantias, & de incorporealibus corporalia facientes, famili que sunt cœlestia & terrena; & satum Hyllicorum & Psychicorum, dextrorum & sinistrorum fabri- rem, leuium & grauum, fons adolentium, & deorsum desurgentium; sic enim legendum predi- cium.

241. duplicita substantia illius defrus^t. Ex
habent iterum vocem Tertullianicam 2. Vatu. Mis
& Rhen. pro: defrus^t. Respicit autem inquit identia
quod supra dixit c. 16. defrus^t seorsum in matrem
poralem paratūram.

242. *sublimantia.*] *Id absolute dictum* (*non
notante*) *pro: in sublime tendentia.*

243. quum ipsam celorum lepmembra
nam folio desuper suo finit, &c.] Lugo & Iulianus
quum. Hanc vero mox: hebdomadis sedis in
cat. Similiter Irenaeus l.1.c.1. & Epip. (etiam Irenaeus
tante) Septem quoque celos fecisse super quin Domini
esse dicunt, & propter hoc. Hebdomadis vocata
Solum verò seu fedem vocat Demiurgo secundum
scenam celorum quid illis desuper influens
alter atque Deum in celo Empyre super emanatio-
nethodxi collificant. Pro etiam quid Sabbathum in
Demumus hic habens. Author. Iren. Hebdomadis
244. & Ogdoadi mater Achamoth. Iren.

244. — O godoada matre Achiam
sic legendum, aut: Ogododa matrem, aliquam
erit oratio Latina, quamquam eriam, si possemus
gamus, oportebit adiuvare dicunt, quia bident
Epiphanius, quare prius magis placet. Lugo etiam anno
M.S. 3. Vatic. primogenitalis, pro eo quod tam
gantius substitutum erat: primogenitalis.

245. Ccelos autem nōc̄tos. [Nōc̄to, quidam, &c.]
quit Rhenan, intellectuales. Maluit enim ut cœlos
Arque adeo omnino sic legendum pro eo quod
dunensis: nōc̄tos. Proinde etiam Gracum excep-
tio, sic castigandum, maxime quam sicut
verterit: intellectualis, nec absimiliter trans-
uerque.

247. Satis meminiter Proloemio discibulorum, &c.] *Videatur* (inquit *etiam* *de* *Paulo*) *maius Valentini scriptor ad commentum* *of* *de Peccatis archangelo quarti super celum tertium* *estilo* *pro* *autem puerili* *discibulo*, *fabulosi parvuli*, *quae* *lent pueris recitari a matribus* *aut annulis*. *Nec* *tum autem*, *eodem interprete*, *locus* *scilicet* *narrationis* *ribus constitutus*, *a nuce*, *ut Lauretum laurus*, *Quercum*.

248. & idē fortasse non scit.] Iocus est. (inquit idem) in Demiurgum, quem Valentiniani fabulabantur putasse omnia à semetipso fecisse, quum ex fecisset Achamoth. Calum enim fecisse nescientem calum, & hominem plasmata ignorantem hominem, terram autem offendisse non sicutem terram. Et in omnibus sic dicunt ignorasse cū figuram eorum que faciebat, & ipsam etiam ignorasse matrem, ut semetipsum putasse omnia esse. Irenaei verba sunt, que retuli idcirco, ut intelligatur hic Tertullianus.

249. quæ & effectum suum ministrabat.] Ireneus (ut idem etiam adnotauit:) Casum (inquit) et fuisse matrem eius talis opinio sua. Sic enim lego cum Billio ex Greco, pro operatione dicunt, quae sic voluerit inducere eum, caput quidem & instrumenū sue substantiae, dominum autem vnuas a operatione.

250. cur libi quoque ista noluit nota esse, &c.] Sibi (inquit idem) id est Demiurgus libi prœtei. Cicero pro Legi Manilia: Ex eodem (inquit) Ponto ille Medea quondam profugis dicitur, quam predicit in fuga fratris sui membris in locis, quæ se parens prosequetur, dispergisse. Ita, dicit proeam, Lucanus in quinto Pharsalia:

Quæ nocte libi proxima venit,
Insonis viduo tum primum frigida lecto.
sibi posuit, frœzel.

C A P. XXI.

251. Interim tenendum Sophiam cognominari, &c.] Caput hoc inscriptissimum: De variis nominibus Achamoth, Nam similiter viri etiam adnotauit Rhenanus. Ireneus: Hanc autem (inquit) matrem & Ogdoadam vocare, & Sophiam, & Terram, & Eternalem, & Spiritum sanctum, & Dominum maximus mafcius limiter.

252. Puto & barbam.] Hoc ideo dicit (edem adnotante) quia vocant eam Spiritum sanctum & Dominum mafcius, ut modo citauimus ex Ireneo: quum tamen illa summa sit, domina appellanda, non Dominus. Qui addit per cetera, intelligi eam partem quæ viri sumus.

253. Alioquin Demiurgus adeò rerum nō erat compos, &c.] Sensus est (inquit idem) Demiurgus nō erat compos accedere spiritalia, id est, intelligere, ipse de animalibus, id est animalia existēs, censu inualitudinis id est, proper inualitudinem. Ireneus (altem iuxta configurationem Rhenani, cuius consentit Ireneus, noua versio per Billum & Epiph.) clarissima paulo sic habet: Et proper hoc informarem (antea mālē: superiorem) illum existēt, ne fave (prius pessime: præcire) quæ sunt spiritalia, & se passa sunt filium Dei, & per Prophetas edixisse (pro se dixisse) Ego Deus & ab illo me non est; adiudens ad iustitiam factam pro quo Ireneus & præter me nemo.

254. Brig & factum intelligebat.] Nam & seipsum (viris nō Rhen.) & factitatem facti, ut potest sis ipsius, esse quemcumque, id est aliquem quisquis ille est, quomodo ergo solus libi videbatur, latenter suspicetus (id est significans) de aliquo factitatem. Sunt enim verba Rhenani impugnātis iactantiam illam Demiurgi.

C A P. XXII.

255. Tolerabilior infamia est apud illos, &c.] Tūtulum huius capti dedimus: De diaboli origine, parvum ex Achamoth, partum ex Demiurgo.

256. & spiritalium malitiae.] Sic omnino lego, pro malitiarum, tum quod dicat supra l. de Proscript. adu. 49. ex timore (inquit) & ignorātia spiritus nequit & malignitas, tū quod adiudicat ad illud Ephes. 6. spiritalia nequit. Maximè quā sic Ireneus: De tristitia autem (inquit) spiritalia malitiae dicit facta. Vnde & Diabolum genesin habuisse, quem Cosmocratorem v-

cant, & demonia & omnem spiritalem malitiae substantiam. Atqui hanc varietatem, qua modo ex lacrymis que ex tristitia oriuntur, factis aquas dicunt Ireneus. & Tertullianus, modo ex tristitia spiritalis ortas substantias, difficile est in concordiam redigere; nisi forte ex his Lectoris verbis: ex maceroris nequit, quæ quid intelligatur, videtur supradicere significare, quam dicit: ex timore & ignorantia. Ceteræ c. sequuntur summa de ea re loquuntur: si non & illum maceratio.

257. & superiorum magis gnarum.] Apertius Ireneus: Et Cosmocratorem quidem (inquit) in dilectione dicunt ea quæ sunt super eum, quoniam sit spiritalis malitia: Demiurgus vero ignorare, cum sit animalis. Atqui videntur propterea Cosmocratorum diabolum appellasse, quid Ioan. 12. princeps huius mundi appelletur, cito potius ex Apostolo id defensaverunt, qui Eph. 6. xoxij. xpx̄tōz̄ḡ vocat tenebrarum harum rectores.

258. cui omnes heres procurantur.] Procurare, & procurari (inquit Rhenan.) Semper cum Dario, construit. Vide autem similes locos aliquot supra t. 1. l. ad Scapulam, c. 4. n. 33.

C A P. XXIII.

259. Singularium autem potestatum arces his finibus collocant, &c.] Caput hoc inscriptissimum: De arribus quibus singuli quicq; Aeones collocati sunt, & acris ac ignis origine. Nam Aeones hic potestates appellant, quomodo etiam infra c. 30. & rursum lib. adu. Gnosticos: tunc confitendum (inquit Ireneus longius) apud veras potestates. Hoc autem ordine Aeotor Aeones collocat, secundum quod etiam Schema Aeonus castigauimus.

In summis summitatibus praesidet Pleroma Tricenarius.] Id est (ut illi) tricenaria Aeonus diuinitatis plenitudo.

Inferius.] Id est, infra Pleroma, Achamoth.

Infra Achamoth Demiurgus.

Infra Demiurgum Diabolus.

Hanc rem (inquit Rhenan.) narrat Ireneus hūi verbis: Habere autem (inquit) medietatis locum eam, scilicet Achamoth, & esse quidem super Demiurgum, subitus autem, sive extra Pleroma, usque ad finem. Et infra: Habitare (inquit) matrem quidem ipsum in eo qui sit caelstis locus, hoc est in medietate; Demiurgum vero in eo qui sit sub celo loco (nam & Billus verit ex Greco; in subcelsti loco) hoc est, in Hebdomade: Cosmocratorem vero in eo qui sit secundum nos mundo.

260. metatur medietatem.] Proprie (inquit idem Rhen.) Metari est locum destinare demetiri ve figiōs militum rētoriū: unde dictum, Castra metari. De hoc supra diximus.

261. magis Diabolus.] Subaudi (inquit idem) subest. Nam hunc dicunt Valentiniani in nostro mundo habita-re qui celis sibet.

262. ex Sophia vtilissimis casibus.] Intelligentie hūi (inquit Rhenanus) Sophiam filiam, sine Secundam (nam hoc illi maternum nōmē) quæ & Enthymesis & Achamoth dicitur. Posset etiam dici inferior Sophia, sicut mater eius Teleti coniux Sophia superior. De qua etiam haec sequentia intelligenda sunt: Sophia mafcia, & Sophia passionem, cap. sequen. de Sophia fletibus, item, & grāmis Sophia. Qui etiam recte adnotat: reciprocandi spiritus spatiū, & quæ sequuntur, per Appositionem interpretanda, utpote quibus ac- circumscrībitur.

263. His omnibus elementis atque corporibus

AA ij

LILIAN
ati onibus

ignis inflabellatus est.] Iren. Ignem vero omnibus his insece; mortem & corruptelam & ignorantiam omnibus tribus passionibus inabsconsam docent. Sic enim distinguendum puto, ut mors & corruptela & ignorantia tribus passionibus inabsconsa doceantur, non vero ignis sit mors aut corruptela, aut mortis & extrofus. Adit autem per iocum febricitasse, tamquam excalore febrium ignis inflabellatus sit.

C A P . X X I I I L

264. Quam talia de Deo vel de Deis, &c.] Inscriptionem huic capiti damus: De hominis fabricazione per Demiurgum. Legimus autem iterum Deis, pro: Diis.

265. Molitus enim mundum Demiurgus, &c.] Legimus: enim ex MS. 3. Vatic. pro ergo. Irenaeus autem sic habet: Quam fabricasset igitur mundum (inquit) fecit & hominem Choicus, non autem ab hac arida terra, sed ab inuisibili substantia, & ab effusibili & fluida materia accipientem.

266. quam nos vnicam nouimus terram, &c.] Istud addit contra errorem Hesogenius, (uti patet lib. precedent. cap. 5.) de duabus terris, quarum Gen. 1. fiat mentio; quo pertinet etiam illud: Materie illius scilicet Philosophice.

267. siccauerit.] Absolutè (inquit Rhenanus) pro, sicca fuenter.

268. ex pituitis & graminis.] sunt gramae (inquit Rhenan.) oculorum virtus, auctore Festo. Nonius Marcellus grammarum vocabulo, pituitas oculorum accipiendas docet, Cæcilius adlegans, qui alibi dixerit: Gramofis oculi ipsos, stratis dentibus, Graci γλάυκας vocat, & gramos γλαύποις.

269. Figulata ita hominem.] Figulationis (inquit idem) vocabulo in aliis libris usus est etiam Tertullianus; ut in libro de Resurr. carn. Bene autem (inquit) quod & plures & duriores quoque doctrinae, totam hominis figulationem Deo nostro cedunt.

270. & de adhuc suo animat.] Clariss. hoc dixit Auctor quam Irenaeus: in hunc insufflasse psychicum.

271. ad imaginem & similitudinem factus, &c.] Similiter Iren. Et hunc esse secundum imaginem & similitudinem factum. Quomodo autem homo quadruplices res, latius sequi cap.

272. ut imago quidem, Choicus deputetur, materialis scilicet.] Apertius Iren. secundum imaginem quidem hylicum esse, proximum quidem, sed non eiusdem substantiae Deo. Vbi Hylicum dixit, quod Auctor Materialis, sum ibi, tum posse sapere; nam Auctori frequentior est vox Choicus, Irenaeus rarius, frequentior Hylicus. Hinc est quod Paraphrasitas adiungit Auctor, non ad verbum, materialis scilicet. Correspondet enim haec vox hylico, at choicus terrenum significat.

273. similitudo autem animalis.] Irenaeus iterum clariss: secundum similitudinem autem psychicum. Verum de psychico, seu animali homine, latius infra T. s. l. de Irenio adu. Psychicos, n. 2.

274. & hanc esse pelliceam tunicam.] Sic vertit Auctor quod Græc. est Σεμείωτες, & proinde etiam in veteri Interpretate legi debet procudabio: dermatinam, non Adamantinam, aut Adamiticam, aut quod legit Rhen. adamanticam. Vide Adnotat. Few-ardentij numer. 77. Et quidem (inquit Rhenan.) lib. de Resurr. carn. cap. 7. sic scribit Tertull. nostr: Neque enim (inquit) ut quidam volunt, illæ pelliceæ tuniceæ, quas Adam

& Eua per radulum exuti, induerunt, ipsi erunt enim ex limo reformatio, &c. ubi indebet nota Venerabilis. D. Hieronymus adu. errores Ioannis Hierosolymitanus disputas, inter cetera arguit eum, quod tunicas pelliceas, humana corpora interpretetur, quibus post operis & creationem de paradiſo Adam & Eua induerunt, quasi ante in paradiſo sine carne, nensis & fibra fuerint. De quo plura infra lib. iam citato c. 7. n. 62.

C A P . X X V .

275. Inerat autem in Achamoth, &c.] Capitulum hunc titulum damus: De spiritali semine hominifuso, & proinde de homini quadruplici substantia. Nominatum autem istam opinionem recensit hic ipius Auctor infra lib. sequen. de Animâ, cap. 11. Ne diutius (inquit) de isto nisi propter hereticos, quoniam scio quod semen spirituale infulciunt anime de Sophiæ matris occulta liberalitate collatum prorante factore, quem scriptura factoris magis in sua conscientia, nihil amplius promulgauerint, non Deum flanter in faciem hominis statu visu indicat Deum, non Sophiam) & hominem factum in manam viuam, per quam exinde spirit & vita, & pertinet etiam illud cuiusdem lib. cap. 21. Quid enim ritale in Adam?

276. peculium quoddam feminis spirituali est (inquit Rhenan.) quod supra dixi: Et tam aliquo peculio relinquitur. Quale autem spirituale, latius indicat Irenaeus his verbis: Per animam matris ipsorum, quem ex angelorum qui sunt ventilo tempore contemplatione concepit, existente euangelistica maris sua spiritaliter; ipsum enim ignoramus, secundum dicunt, & latenter depositum esse in membris eo, ut per eum in eam que ab eo est anima feminæ & immateriale hoc corpus, gestatum quoque velut in his & amplificatum, paratum sit ad suscipiendam felicitationis. Quamquam inter Grecam vero rectius interpretetur Tertullianus, & Billius Irenaeum quam vetus Irenæi Interpres, rationem.

277. traducem anima sue.] De anima, apud traducem nobis infundatur, latius sequi libro de Anima & in Prolegomenis inter Paradoxa Tertullianus.

278. Laicit homo spiritalis statu inferni.] Irenaeus (cirante etiam Rhenano:) Laicit ipsa secundum modum dicunt, Demiurgum, confessione inflatione eius à Sophia, spiritalis homo, nesciulus & & providentia. Atque hoc ultimum est quod Auctor max dixit: Accipe industrias (inquit) clavis providentie huius. Quemadmodum enim (in) veterum sciam ignoravit, sic & femen eus. Quia ergo secundum Ecclesiasticum dicunt exemplum (sive speculum) in Tertullianus, Superioris Ecclesie.

279. Proinde cum ab Achamoth deponit &c.] Totius (inquit Rhenanus) sententia lucis foliis Eum, censum nempe spiritalem, ab Achamoth deputant Valentiniiani, animalem à Demiurgi, (Quicum substantia est?) hoc est, ab illa Maternis philosophica, in quam hereticus quidam (Hieronymus) nempe, ut patet lib. preced.) principium illud, in se fecerit Deus celum & terram, interpretantes carnem à materia. Quod ipsum sic exprimit Irenaeus: Eum esse ex semetipso (sic enim legi, pro 21, et quod dicit, ex figura suo) hominem volunt, et habent etiam pro habeant) animam quidem à Demiurgi, supra a limo, & carnem à materia, spiritalem vero habent

& matre Achamoth.

280. Habet nouum, id est, quadruplum Geryonem. Ex hoc (inquit Rhen.) quadruplici hominis censu, spiritali, Animali, Choico, & Carnali, nouum Geryonem constitutum Valentini, non triformem, ut ille fuit, sed quadriformem. Porro Geryonem ipsum non triplicis nature, ut fabulis proditur, fasce ferunt, sed tres fratres tante concordie existit, ut uno animo omnes regi videantur. Ex Iustino. Vide C. Adnotat. nostras supra Tom. 1. lib. de Paliis c. 4. n. 69.

CAP. XXVI.

281. Sic & exitum singulis diuidant, &c.] Inscriptum hoc caput: De tribus hominum generibus quem exitum fortuant, sive: De Trinitate hominis, quemadmodum loquuntur Auctor supra lib. de Praescript. adu. heret. cap. 7. vbi vide Adnotat. nostras n. 39. Facit autem Auctor transiit a quadruplici censu ad tres hominum species, eo quod (vbi etiam adnotavit Abbas Billius) corpus & caro eadem sint. Eadem pertinet illud lib. sequen. de Anima cap. 21. Iam nec triformis, ut adhuc Trinitas Valentiniiana cedat, qua nec ipsa in Adam recognoscitur, & paupero. Inde enim convertibilem negant naturam, ut Trinitatem suam in singulis proprietatibus figant. Quibus locis & maxime illis verbis: ut adhuc cedatur, ad hunc lib. addidit, sicut etiam ibi adnotauimus num. 269. Ireneus idipsum sic explicat: Qum sint igitur tria: (sic enim legem) Abb. Billio, pro: tres: Materiales (quod etiam insitrum vocant) ex necessitate perire dicunt; quippe quoniam nullam inspirationem, id est, spem, incorrigentia pere posse. Spiritale vero (ita etiam, pro: spiritali) emissum esse, ut hic animali coniunctum formetur; uniditum ei in conuersationibus. Expone ut eruditri & exerceri, scilicet animalis censu posse cum eo, scilicet spirituali, in conuersationibus. Quibus addit quod Tertullianus habet: Et hoc esse dicunt salem (vbi rursus lego ab Abb. Billio, pro: salem) & luuen mundi. Hacne illa. Vnde patet dubitatum euentum hic accipi probabile, & comparationem, pro preparationem ac formacionem.

282. Ut eruditri cum eo, & exerceri in conuersationibus possit.] Ex predictis verbis patet lege debere: possit, pro: potuit, quemadmodum legendum etiam Rhenanus censuit. Porro (inquit idem) conuersationis viculum, haud inelegans est. Iustinus lib. 44. Inde denique (inquit) conuersatione nutriri, eximia pueri permutatio. Loquitur de expositiu pueri, quem certa dauerat. Dixit autem etiam supra Auctor Tom. 2. lib. ad Martyras, 2. conuersationem seculi & carceris comprehendens.

283. Indiguisse enim.] Ireneus (inquit Rhen.) Opus era enim animali sensibus disciplinis.

284. In hoc & paraturam mundi prospectu.] Et hic (inquit idem) paraturam habes, pro creatione sue conditione mundi. Iren. Ob quam causam (inquit) & mundum fabricatum esse discimus.

285. In hoc & Soterem animalem in mundo representatum, &c.] Sic proposito lego ex Iren. addens: animalem. Et salvatorem (inquit) ad hoc venisse animalem, sua potestatis est ut id saluer. Hinc appellat alia adhuc compositione monstrosum, ut postea quem Valentini non solum ex omnibus omnibus coniunctum supra dixerint, cap. 12. sed & tres induitae substantiarum confipientias (sive potius, quod

malim legere cum Ireneo, primitias, quia Graec est: ἀπαρχας) spiritalem, animalem, & corporalem.

286. quarum summam saluti esset redacturus.] Sic etiam alibi (adnotat Rhenanus) loqui solet Terrell. viens redigendi verbo.

287. animalem vero, quem mox, &c.] Aut Appositum est (inquit idem) aut figura Graeca, hoc est. Soter suscepit animalem substantiam, secundum Christum, quem mox induit a Demiurgo. Nam Valentini Demiurgo quoque suum Christum filium naturalem adsignabat. Ireneus clarus: A Demiurgo vero induitum psychicum, id est animalem Christum. Addis autem mox Auctor, eo quod mox (c. nepe sequ.) de Christo Demiurgi animalem sit tractatus.

288. administrationis vi, &c.] Graec iuxto quic tam apud Theodoreum quam Eppiph. quam rectius veritatem abb. Billius dispensationem quare & apud vet. Iren. Interp. sic legendum censem a dispensatione (antea corrupte: dispositione) circumdatum. corpus animalem habens substantiam, paratum vero inenarrabili arte, pro quo Auctor: inenarrabili rationis ingenio, pro quo Theodor. arcano quodam modo & ineffabili.

289. quo congressui, & conspectui, & contactui, & defunctui, &c. subiaceret.] Hoc sic Ireneus: ut & visibile & palpabile & passibile fieret. Situr defunctui (inquit Rhenan.) hoc est functioni cuilibet quam exercet homo. Defunctus enim iuxta quartam inflexionem, predefinitione sive functione.

290. ingratia.] Hoc est (inquit idem) non sua sponte, & inuitu, terentius in Eusebio: Opus faciam, ut defatigari vixque, ingratius ut dormia. Ingratis, inquit Donatus, id est non ultrò, quia nobis ultronea grata sunt: ingrata, que ab iniuitis sunt ac recessibus. Hinc ingratia Eudorium, quibusdam usurpatum. Atque similiter Auctor supra l. preced. adu. Hermog. c. 19. diversa pars suspiciones suas ingratias fulcire conatur, ne faciliter non inde instrui videatur; & lib. de Anima c. 11. & hic spiritum ingratias pronuntiamus.

291. Materiale autem, &c.] Ireneus: Hylicon autem nihil omnino suscepit. Non enim Hylicon capax salutis.

CAP. XXVII.

292. Nunc reddo de Christo, &c.] Verba haec capite titulum indicant: De Christo Demiurgi filio, animali. Verum contra hanc blasphemiam late Auctor scriptis infra lib. de Carne Christi agens contra tertiam herezin.

293. In quem tanta licentia Iesum inserunt, &c.] Hunc reddit sensum Rhenan. Valentiniiani inserunt Iesum illum ex omnium bonorum defloratione constitutum Soterem, in animalem Demiurge Christum, fortitem Christum constituentes. Et semper spirale codem modo in animale inservient, quemadmodum paterbit in sequentibus.

294. Esse enim Demiurgo Christum filium suum naturalem, &c.] Lego: enim, pro: etiam. Et quis toridem penit deribus Iren. Sunt autem, inquit, qui dicunt emissum eum, scilicet Demiurgum, Christum filium suum, sed Animalem. Et de hoc per Prophetas locutum est.

295. in Prepositionum questionibus positum.] Hoc dicit (inquit Rhenan.) propter Prepositiones: ex, & per. Exponunt enim Christum ex virgine natum, id est per virginem; hoc est enim quod subdit:

AA iii

LILIAN
anti anibus

296. id est, per virginem, non ex virgine adi-
tum, &c.) Huc pertinet illud s̄p̄rā lib. de Praescript. adu-
har. c. 49. Hunc autem (Christum n̄mpe) in sublata
corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio
quod corpus de celo deferetem, quasi aquam per
fistulam, sic per Mariam virginem transire calle, ni-
hil inde vel accipientem, vel mutuantem. Hoc est e-
num quid hic dicit: transireactor potius quam gen-
erato more. & quod Iren. Esse autem hunc qui per
Mariam transferit quāsi aqua per tubum. De eadem ha-
si scriptam infra Antv̄l. de Car. Christi c. 1. aut poten-
ter (inquit) & carnem & natuitatem confusus, ali-
ter illas interpretari, ut condiscipulus & condeser-
tor eius (n̄mpe Maronius). & rursum alibi: Licut (in-
quit) & Valentino ex priuilegio hæretico carnem
Christi spiritalem communici, &c. ubi late candem
confusat penè ad finem libri usque, quo promulgat
Lectorem remittimus.

remittimus.
297. Super hunc itaque Christum deuolasse,
&c. Soterem per effigiem columbae.] Necesario sic
legere oportet pro: deuolasse, lesum, quia præterquam
quod prius dixit: in quem tanta licentia inferunt le-
sum, etiam modis distinctis loquuntur de substantiis: Cor-
poralis efuaciana, & illa Soterianica columbina.
Consentientiam etiam Iren. & Epiph. Et in hunc (inquisit)
hoc C., in animalium Demiurgo Christum, in baptismate
descendisse illum qui est in Pleromate ex omnibus, Salua-
torem in figura columba.

298. Fuisse autem & in Christo etiam ex Achamoth, &c.] Irenaeus: Fuisse autem (inquit) in eo & illud quod est ab Achamoth, semen spirituale.

299. Nam in figuram principalis Tetradiis, &c.]
Irenaeus: Dominum igitur nostrum (inquit) ex quatuor his
compositum fuisse dicunt, seruantem ipsius primogenitum &
prima quaternis: de spirituali, quod erat ab Achamoth:
& de animali, quod erat de Demiugio: & de dispen-
satione, quod erat factum inenarrabili arte: & de al-
liatore, quod erat illa qua descendit in eum columba.
Qui una cum Epiphano in hoc differt, quod corpora-
lem substantiam de dispensatione (sic iterum lego pro
dispositione) dicat compostam: de qua supera cap. preced-
ent. num. 288. pro eo quod Author corporalem (ve-
modi dictum est) Iesuacianam vocat. Ceteri vel him
constat, quod Valentiniani (queror hi opinione refe-
runt) sibi non constarent, vixisse quem primum dispen-
sationem hanc tamen irent quam Author Soteri ad-
seribat, hic vero à Soteriana substantia distin-
guatur.

300. Et Soter quidem, &c.] *Irenæus*: Et hunc quidem (inquit) impossibilem persenseret; non enim possibile erat pati eum, quoniam sit incomprehensibilis. & inuisibilis.

301. Denique quum ad apprehensiones ventur, &c.] Irenaeus. Et propter hoc (inquit) ablatum esse quum tradiceretur ad Pilatum, illum qui depositus erat in eum spiritus Christi.

302. Proinde nec matris semen, &c.] Ireneus
sed ne id quidem (inquit) quod a matre erat semen, passum
est dicunt. Impassibile enim & illud, quippe spirale
invisibile, etiam ipsis Demiurgo. Quod autem ille &
Ebor impassibile hic, infusibile dicit, quod erat
putar usitatum Rhenan. lib. preced. adu. Hermogenem
michi certe nunc non occurrit.

303. Patitur vero animalis & carneus Christus, &c.] Hanc sententiam (inquit Rhenan.) clare exponit.

nit Irenaeus, sic scribens: Passus est autem (inquit) secundum hos, animalis Christus, & ille qui ex differentiatione fabricatus in mysterio, ut extendit per eum materia-
pum superioris Christus, illius qui extensis est crux, & su-
mauit Achamoth, formationem secundum substantiam.
Omnia enim, hoc exempla illorum esse dicunt, habent
ille. Atque hinc etiam alia causa significatur, cum Hoc
crucem nuncuparent, quod nempe non salutem ab Hoc
Achamoth crucifixam sit, vti supra est cap. 10. factum
quod superior Christus, qui ad Achamoth formu-
dam venerat, cruci, id est, Horo fuerit innixus; pa-
mò (uti legunt Iren. & Epiph.) in cruce extenuit, &
ilijs sua biaffremias nitebantur ex historia vera crucis
Christi colorare.

304. Ita omnia in imagines vrgent.] Vide huc
re suprà latius cap. 19.

305. Interea Demiurgus omnium adhuc nescit
[&c.] Caput hoc inscriptum: De animalibus mundi
bus in Prophetas, & utri capitulo, in Reges &
cerdotes adlegit. Clariss. autem istud limes disper-
terectis, quas non habet Auctor, sic explicat Irenaeus
verò que habuerint idem quod est ab Adam
animas meliores dicunt fuisse quam reliqua. Quare
et plus eas esse dilectas à Demiugro, non scimus
sed à sometiatis postante esse tales. Quapropter &
phetas, ait, distribuebat & Sacerdos & la-
multa de hoc nomine dicta per Prophetas. Deni
autem (en ea qua hic adtingit Auctor) quoque
rantem que essent super eum, moneri quatenus
dicuntur, contempnisse vero ea, aliam spe de
causam putantur, in spiritu qui propheticus
lego cum Bilio & Interpretore Epiphany ex Gau-
bentem & ipsum suam aliquam motionem, &
minem, sine perplexione peiorum; & si
tem persenserasse (ita lego, pro conferre, con-
quia Graecè est: **Ω** **Γ** **Ε** **Τ** **Σ** **Τ** **Ρ** **Λ** **Ε** **Χ** **Ε**) tique ad illam
saluatoris.

306. (diuidunt enim & Prophetie pat-
in Achamoth, in semē, in Demiurgum.) pro
Parenthesi ad maiorem lacū intellectum invenimus
Iren, verbis iam citatis interferrit: Deinceps am
uidunt Prophetis, aliquid quidem à matre de-
centes, aliquid à femine, aliquid autem ab ipsa
eo.

307. vbi aduentum Soteris accepit, &c. venisset autem (inquit Iren.) Salvator, diciturque et Demius gnum ab eo omnia dicunt, & in gallo esse cum omni virtute sua. Tum esse ille in gelio Centurionem, dicentem Salvatori: Ego potestate mea habeo milites, & seruos, & quae dicunt. Sicut autem leges: occurrit cum I. Vatad. cum reliquis, accutum est, perinde est.

308. quod successus sit in locum matris
Nempe secundum tabulatum canicula matris, fuisse
latius c. 31. Id ipsum habet enim tamen, sed ex
dine nonnulli immutato: Perfecturum autem cum
eam quis secundum ipsum est, mundi curatorem
Billio logo pro creationem; nam Graec est ostendit
Anactor dispensationem vestrum ut quisque ad tempore
oporet, maxim autem propter Ecclesie diligentiam
curam, et proper agitum praeparari prout, quia
in locum matris transibit.

309. Colligam nunc ex disperso, &c. in scriptis

nam huic capiti damus: De hominum & animalium
tribus generibus adinstar tripartita Adae postfe-
ritatis, Cain, Abel, & Seth. *Ceterum autem dicit:* Col-
ligam nunc ex disperso, *qua* alio ordine narrat, &
sob finem *huius capituli* multa omittit, *que* habet Iren,
nempea *que* habet de depravata scripturarum citatio-
ne, fortassis quid lib. de Prescripti advers. haret. id argu-
monium late tractasset, *quo* Lectionem *scripturam*, & ad
Adnot. Feu. ardenti in Iren. lib. i. cap. i. num. 55. 56. &
57. Deinde etiam prætermissis *Auctor* scripturam, *quas*
pro*fecti* citabant *Valeantini*, *que latissime* citantur ab
Iren. lib. i. cap. i. & Epiph. her. 31. *Legi* autem malum:
& tamen unitam in Adam, pro*fecti* in unitam, *qua* supra
cap. 25. & 26. *dexteris* verbis indicavit *Auctor*, Tri-
fornitionem natum illam in em proximam unitam
fuisse, maximè ob id quod sequitur: inde iam diuidunt.
Nihil tamen volui immutare, quid Rhenanus sic expli-
cit: *inunita* (*inquit*) *ab inunitando*, *quod* Greci dicunt
σύνταξις.

310. *Ideam diuidunt, &c.*] Similiter Iren. Hominum astem (*inquit*) tria genera dicunt: Spiritalem, Psychicum, Choricum, quemadmodum fuit Cain, Abel, Seth; ut ostendunt ex his tres naturas, iam non secundum unumquemque, sed secundum genus.

311. Choicum saluti degeneratum.] Sicut (inquit Irenan.) degenerum appellamus eum qui generatus non est, ita: degeneratum salutis vocat, quod ad salutem non est generatum. Irenanus enim sic fit studi reddit: Et choicum quidem in corruptelam abire.

312. **Animale** medius species deliberatum. **J** Deliberatum (*inquit Rhenan.*) hoc est adiudicatum. **Festus** imperio auctor est, deliberare, a libella qua quid per-
enditur, dictum. **E**t supra dixit, *vtens Metaphora ali-*
mid in libra appendens, viam de animali sensu loquere-
ur, cap. 26. **Animali** vero (*inquit*) quem & dex-
trum appellant, dubitatum euentum, ut poterit in-
materialis, spiritualisque nutanti, & illac-
tum, quo plurimum adnuerit. **Hinc** videri potest
in mepe hoc vocabulum presenti loco accommodasse.
clariss sic expressat: **Animale** vero (*sic enim le-*
go: animalem) si melius elegitis, in loco medietas
refigeraturum. **Hinc** est, qui hic salutis adhuc dis-
tribu, quod spiritualiter dicat. **Auctor** certae saluti praeiu-
dicatum.

313. Sic & animas ipsas dupli proprietatē dicuntur.] Similiter teneat verbis aliquot inerictio: *Eris ipsa quidem anima sicut rufus fabridisces, dicunt quidem quidem natura bona s, quisdam autem natura mala: Et hinc quidem haec est, quae capaces semini sunt, aliis vero natura nequam, non quam capere illud semin.*

314. De obuenientia:] *Vt super (inquit Phenani.) obuenientiam fabrificantur, cui supra delinquentiam, peccantiam, nocentiam, & proxime proficiuntiam, Obuenientiam.*

Obuenienti verbo solenti viri lireconfulti. Nam proprie
obuenient nobis bona, que aliunde ad nos deferuntur.
Unde hereditas obuenire dicitur. Eleganter Seneca. Phi-
losophus homini (inquit) non obuenit, sed eam sibi que-
re debet. His obuentiones apud Virgilius pro redditu
me amissas.

315. Id ergo granum seminis spiritalis, &c. I
pnitutia vero (inquit Iren.) inseminat Achamoth, ex
lo tempore usque nunc; & infibrum animæ eridentur
sudem hic, & semina enirunt; qui papsilla emittun-
tis, post deinde perfectione digna habita, &c. Ibi & in-

ſtorum anima legimus, propter quod et anima, conformiter Billio et Epiph. Interpreti, quia Graec est dixiōn, pro quo videtur legisse verba Interpres dicit, Atque istud est quod addit Auctor:

316. Sed eruditus huius, &c.] Eruditus dixit, pro eruditione. Nā gaudeſ (inquit Rhenan.) nominibus quarte inflexionis. Sic in fratre pro prolatione, prolatum erupſat. Id quod etiam Tacito ſolemne eſt, apud quem lego, acci- tu, confeſſa, obiectu, diſtinctu, ſubiectu, tranſpoſitu, pro- iuſu, miſſa, lectu, adiectu, & indiſtu gerere. Vt apud Li- unum: armata & diuīſus eſe, & receptum habere. Cor- ror quod hic dicit Tertull. eruditus huius fides augerit atque prouerbit, cōſonat cum illo quod preceſſit: Spi- ritalem emitti in animalis comparationē, ut erudi- tū cum eo, & exerceri in conuerſationib⁹ poſ- ſit. Verbum eruditū in lib. de Carne Christi, eleganter iſ- erupſat: Quia per florem (inquit) & ex flore omnis arbor eruditur in fructū.

317. *ceu supra diximus.* *Sic ex MS. 3. Vat. cod. pro*
eo quod Rhenan. ceu prædiximus. Indicat autem (in-
quit idem) cum locum ubi supra dixit, de semine loquens;
Ad hoc enim & depoluerat & occultauerat, vi-
qui Demiurgus animam mox de suo adfaro in
Adam communicarer, pariter & semen illud spi-
ritale quasi per canalem animam deriuaretur in
Choicum, atque ita futuratum in corpore materi-
ali, velut in utero, & adultum illuc, idoneum in-
uenienter suscipiendo quandoque sermoni perfe-
cto. Locus est supra cap. 25.

318. animaque hoc ipso ita ceteris praeerunt. Hoc est quod ab Iren. pauloante num. 305. citatum est. Eas que habuerint femen id quod est ab Achamoth, annas meliores esse dicunt quam reliquias. Praeerunt autem, id est, auterunt, supererunt & excellunt ceteras. Tacitus lib. 7. R. (inquit) impiger praeeruntur. Quapropter & plus eas dilectas à Demirugo non scient causam, sed à semetipso putant esse tales.

319. Ex earum ergo laterculo.] Est (inquit Rhenan.) Laterculum, libri nomen, in quo dignitatum omnium tam militarium quam ciuilium cognitio continetur. His erat penes Primitivorum notariorium. Sane in volumine, quod descriptionem imperialium officiorum quam Orientis cum Occidente cim imaginibus complectitur, Laterculi picturam cerneret est sed maius. Et etiam minus suse scias, cuius sit mentio in Codice, lib. i. de Officio quest. l. Tornis minoris laterculi curam. Sacrum laterculum Iustinianum adpellat in libris Antiquitatis, in tractatu: Ut iudices sine quoque suffragio sint. Item in tractatu: De Mandatis principum, in principio: & Laterculenses, laterculis proprios, in l. Camerinus, & in l. fin. C. de proxima sacrorum scribiriorum, etrictus qui in sacri forinis militant. lib. 12. Porro siue maior. Laterculum dignitates ciuilis continuisse, non dignitates militares. Id quod colligeret in l. Tornis C. de Officiis, quest. lib. 1.

C. A. P. XXX.
320. Ideoque nec operationes sibi necessarias, &c. Tum hinc caput decimus: Quod sibi operationes necessarias non existunt, sed nobis. Ioseph (inquit Rhenanus) quid C. frenau (sed multo ante) tradit: Quapropter C. nobis quidem necessariam se bonam conuerteremus respondet: alter enim impossibile esse saluari. Semper posse autem non per operationem, sed et quod sunt naturaliter spirantes, saluari omnino insunt. Quemadmodum enim Choricius impossibile est sa-

LILIAN,
atianibus
LIL.

ludem percipere (non enim esse illud capax salutis dicunt) et sic scirum quod spiritale, (quod semetipso esse volant) impossibile esse corruptelam percipere, licet in quibuscumque fuerint facti. Quemadmodum enim aurum in cæno depositum non amittit decorum suum, sed siam naturam custodit, cum canum nihil nocere auro posset; sic et semetipso dicunt, licet in quibuscumque materialibus operibus sint, nihil semetipso noceri, neque amittere spiritalem substantialiam. Quapropter et intumore omnia que videntur, hi qui sunt ipsorum perfecti, operantur de quibus scripture confirmant, quoniam qui faciunt ea regnum Dei non hereditabunt. Etenim id est althyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab eis putantes, et in omnem diem festum ethniorum pro voluntate in honore eorum factum, primi conuenient, ut ne hoc quidem absfincant, quod est apud Deum et apud homines odiosum, muneris homicidiale spectaculum. Quidam autem et carnis voluptatibus insatiabiliter inferuentur, carnalia carnalibus spiritualibus redditi dicunt. Et quidam quidem ex ipsis clam eas mulieres, que dicunt ab eis doctrinam hanc, corrumptas; quemadmodum multa sepe ab his fuisse, post conuersus mulieres ad Ecclesiam Dei, cum reliquo errore et hoc confessae sunt. Alij vero, ne manifeste quidem erubescentes, quicunque ad manuarent mulieres, has a viris suis abstrahentes, suas nuptias fecerunt. Alij vero, valde modesti initio, quasi cum sororibus fingentes habitare, procedente tempore manifestati sunt, grauida sorore a fratre facti. Et alia multa odiosa et irreligiosa facientes. Hec Irenaeus. Cuius loci initium facit contra eos qui bona opera non necessaria audent adserere, ut rete adnotauit Feyardensis num. 48. Pertinet autem huc illud Clementis Alexandrini lib. 2. Stromat. Valentiani, inquit, quem nobis quidem simplicibus fidem addunum Iren. et Tertull. etiam opera tribuerint, sibi qui natura salvi sunt, volunt esse cognitionem, ex excellenti abundantia seminis, dicentes esse eam longè magis à fide separatum, quam spiritale ab animali. Quem ipsum errorum, quod natura ipsi salvi fecerunt, iterum remmemorat Clemens lib. 4 et 5. Stromat.

321. Martyrij quoque eludentes necessitatē. Nam amans (inquit Rhenanus) Martyrij fuit Tertullianus, quod omnibus ubique persuadere uititur, non surgiendum, sed animo et constanter Christiano sustinendum, ut a pīs hic etiam atro calculo notari meruerit, propter necessitatem quem fermentum quam caueat adfringat. Hunc ille Martyrij non uno loco commendationes, et fugae in perfectione detestatus, cui rei propriū liberum dicatur, qui inter alios qui in hoc volamine sequitur. Certe contra hos scripsit. Auctor ex profeso: Scorpiacon aduersus Gnosticos.

322. vt salutem quam non de priuilegio statutus possidemus. Subaudi (inquit Rhenan.) nos orthodoxi. Igur Valentiniiani de priuilegio statutus salutem possidebant, ac seipsum appellabant spiritales, nos vero orthodoxos, animalies. Quapropter (inquit Irenaeus) nobis quidem, quos philosophos vocant, et de seculo, esse dicunt necessarium continentiam, et benam operationem, ut per eam veniamus in medicata locum. Sibi autem spiritualibus et perfectis vocatis, modo modo. Non enim operatio in plenaria induit, sed solum quod est inde perfidum emissum, hic autem perfectum factum. Item, ut est apud eundem, nos in via gratiam accipere dicunt, quapropter et aucteri a nobis. Semetipso, autem proprio perfidere defusum ab inenarrabili et inominabili spiritu continentiam habere gratiam, et propterea adius ex-

323. inscriptura huius seminis.] Subaudi (inquit idem) copetis secundū Valentiniianis, aut tribuum nobis orthodoxis à Valentiniianis. Supradixit ut quos Achæmōth in superioribus in animas bonas deplovet id est: Animali sensu inscriptus, si hic vitat inscriptum vocabulo, pro nota sue sensu seminis Animalis. 324. qui amoribus Phileti, et utique amorum. Adiudicat ad ea quae supra dixit cap. 9. de aliorum spiritus Phileti, seu Teleri, ex quo prouide et Democritus et Animales homines, ac animalia quales orthodoxi stimabant ortum haberint, ut patet supra cap.

325. de paupilitate vita.] Vide Adnot. in lib. pced. aduers. Hernag. cap. 41. num. 143. Quibus adeo magis placet sententia Abb. Billy, qui admodum utilitatem transferri à Tertulliano, quod Gracei expressa, quam quid aliqui Rhenani, putet hanc racciduci a passim. Atque latissime eis vita paupilitatis seu licentiam prosequitur Irenaeus, et adtingit deinde quoque hereticis Feyardensis num. 52.

326. & diligenter delictorum.] Diligenter (inquit Rhenanus) delictorum, vocat affectus et diuidum ad delinquendum suæ peccandum. Nam diuiani dicebant, ut est apud Irenaeum, se non amorem ritalem substantialiam in quamlibet virtutis criminis sancte, quod impossibile esset id quod Spiritus de peccationem sentire auctori in istar, quod etiam in campanam obtinet.

327. quoniam et ipsa delinquendo penitentia proficit sic lego cum Rhenano, pro blandiendo deliquerit, inquit ille, Achæmōth inquirēt laetitia superioris, ab Horo depulsa quò minus pertinet, et eum rem illicitam.

328. Nam & honorandorum coniunctio supernorum gratia dicitur, &c. sacramentum. Etiam sic lego, pro: gratiae, quod nullo modo legitur Irenaeus: Quapropter inquit, et omni modo quod semper Syrigia (id est coniunctio) meditari mysticis, qui facit etiam hic locus pro Matrimonio, quod sic mentum sit, nam eodem recidit vox, quam habeat Irenaeus & Epiph. mysterium, sicut supra dicitur lib. de Precept. adu. herc. 40. num. 24. maxima viterque adiudicat ad locum Apollonis Ephesi.

329. nec legitimū veritatis Legitimitatis (inquit Rhenan.) ut infra adu. Marc. lib. 10 xii. deuteratus.] Deuteratus (inquit) versatus. sic et supra cap. 20. deuteratus illuc arbustulas & nubeculas, et infra cap. 21 illuc beo deuterere. Et aduersus Marc. lib. 2. Quoniam ipsi Deum in figura & in reliquo ordine suorum conditionis deuteratum iam creditur.

330. & quid facient spadones, quod videt apud illos?] Videatur quidem prima facie ipsius uenire cum Iren. sed ille non negat etiam apud Rhenanos inueniri spadones, sed dominicas non negat illi continentiam. Sic enim habet Iren. Nobis quidem Philosophos vocant, necessariam esse continentiam, sicut spiritualibus et perfectis vocatis nullo modo.

CAP. XXXI.

332. Superest de consummatione & effectione mercedis.] Quum verbis hoc titulum significant, alio non est opus. Latissime autem imperat per quicunque hoc et sequentis capite communione et Valentiniianorum sententia, lib. 2. cap. 50. 51. 52. et 54.

333. Vbi totam messem Achamoth sui semi-nis preeferit.] *Vitius* (inquit Rhenan.) Metaphora fruges maturas demetentis, & quod demessum est, in borreū cantheneis, molensis deinde, & postremo in conspersione temperantis, donec totum fermentetur. *Iren.* Quum autem uniuersum fener, inquit, perfectum fuerit. Hac verba Tertull. per copiam extendit, sic dicens: Messem preeferit, ut *Virgilium*:

— & ruris opaci

Falce premes vmbram. — *& alibi:*

Quod supererit, quæcumque premes virgulta per agros.

334. & defaratinum in conspersione aluearia abconderit.] *Accipitur* (inquit idem) alueare pro vase pistoria cauo, in quo sit conspersio, hoc est, farina aqua coagatur & temperatur. Porro defaratum, eleganter dixit de semine per molarem comminuit.

335. tunc consummatio vrgebit.] *Iren.* paulo superius: Consummationem vero dicunt futurā, quim formatum & perfectum fuerit scientia omne spiritalē, hoc est, homines qui perfectam agnitionē habent de Deo, & in aliis ab Achamoth initiatis sunt mysteria. Esse autem his semetipos dicunt Valentianiani. Similiter etiamsi dicti lib. 2. cap. 5. tū consummatione (sic lego, pro: consummationem) dicentes ipsorum matrem in Pleroma regredi, & recipere sponsum suum Salvatorem. Hoc enim quod sequitur.

336. Igitur imprimis ipsa Achamoth, &c.] *Dicit* (inquit Rhenan.) de consummatione, nunc incipit ære de dispensatione mercedis.

337. de regione medietatis.] *Nam*, inquit idem, supra (capite nœp. 23. & in Schema initio huius libri) bases de arcibus singularium potestatum, ubi disposita quibus finibus collocantur: Inferius illum, inquit, hoc est Tricarinatum Pleromatis inhabitatorē, metatur medietatem Achamoth.

338. de tabulato secundo in summum transferunt, &c.] Tabulati secundi, inquit idem, nomenclatura, medietatis regionem intelligit, ut summi vocabulū ipsum Pleroma.

339. & statim excipit compactius ille Soter sponsus, &c.] *Sic*, inquit idem (quale quid & ego de me velmo Lector aquis iudicet) religiose versandum esse in monumenta veterum Autorum, nec temere aut statim mutandum quod non intelligas, & hic mens est mos. Tamen non potu multi tempore, quin hic pro: comparsin scriberem: cōpactius ille Soter, cūn quod Compagndi verbū *lupra* de Sotere loquens Tertull. vitetur cap. 12. Pulcherrimum, inquit, Pleromatis sydus, fructuque perfectum cōpingtont; tum quid *Iren.* Salvatorem, inquit, qui est ex omnibus factus. Quid si cui meo adridet comparsinus, reponat id in libro suo. Nec sine causa admoneo Lectorem. Ceterum quod hic Tertull. narras, exponit his verbū *Iren.* Quum autem, inquit, uniuersum fener perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem ipsorum transire medietatis loco dicunt, & intra Pleroma introre, & recipere sponsum suum salvatorem, qui est ex omnibus factus, uti *Syrgia* fiat salvatoris & Sophie, que est Achamoth.

340. Hic erit in scripturis sponsus, & sponsalis, Pleroma.] Horum verborum recte hinc sensum Rhenan reddit: Quoties in sacris litteris sponsi mentio fit, hanc Sotera venire intelligendum secundum nennias Valentini; preterea quoties sponsalis lecti sive thalamī nomen occurrit, ipsum Pleroma accipendum. Verbi gra-

ria, apud Psalmographum legimus: Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. *Hoc statim interpretarentur Valentini.* de Sotere procedente de Pleromate. At apud Ireneum paulo alterum scriptum est: Et hoc, inquit, dicunt esse sponsum & sponsam, Nymphonem vero uniuersum Pleroma. Sed de Nymphone latius infra c. sequ.

341. Credas, &c. Leges Iuliae interuenire.] *Iocus* est (inquit idem) Tertull. putans, ni Leges Iuliæ de adulterio, & de vi publica seu priuata oblitissint, vendrum fuisse ne Achamoth de tabulato inferiori in summum Pleromatis tabulatum transirent, inter tam procaces angelos, virtus offerretur, siue stuprum accideret, aut us aliquia inferretur. Nam quum puelle nuptiale hinc inde deducuntur, etiam raptus periculum incurruunt. Id quod accidit. Anna Britannica, Francisci Ducis unica filia, qua Maximiliano Casari defōsata erat. Porro Lex Iulia de adulto, cōcendis, non soli temeratores alienarum nuptiarum gladio punit; sed & eos qui cum masculis nefandis libidinibus exercere audent. Sed eadem Lege Iulia etiam stupri flagitiū punitur, quum quis sine vi vel virginem, vel viuissim honeste viuentem stupraverit. At Lex Iulia de vi publica seu priuata, aduersus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel sine armis comiserint. Ex Institut. Iustiniani lib. 4. tit. de Publicis iudiciis. Idē habes C. lib. 9. tit. Ad Legē Iuliam de adulto. & de stupro. Et alio tit. Ad Legē Iuliam de vi publica seu priuata.

342. hinc & Cainam.] Nescio, inquit idem, an significet legem Caij Pompeij Strabonis, qua veteribus incolis Tranpadanis, ius Latij dedit, quod cetera colonia Latina habebant, ut petendi magistratus, & cunctis Rom. ius adipiscerentur. Ceterum Achamoth de exteriori inferiori tabulato, quod sub Pleromate erat constitutum, intra ipsum Pleroma transiens, indigebat certe priuilegio aliquo, ut sublimioris dignorisque loci fieret capax. Alioquin pona Legis Viscella ei timenda erat, de qua habes C. lib. 9. tit. ad Legem Viscell. Atqui MS. 3. Paric. cod. legunt: Cainiam.

343. Et Demiurgus tunc de hebdomade subcœlesti.] si Tertull. hic & *Iren.* loco ibi citato, cœstigandum, pro: cœlesti, supra monius n. 23. n. 259.

344. in superiora mutabit.] Mutabit (inquit Rhenan.) absolute *Ireneus*: Demiurgum vero, inquit, trāfixe dicunt, & ipsum in matris sue Sophia locum, hoc est, medietatē. Accendo autem: in vacuum cœnaculum matris, exponit, quid intellexerit per illud: in superiora. Erat autem vacuum, nam mater Achamoth in Pleroma ascenderat. Quid? quid etiam medietatis ille locus Cenoma, id est: vacuum, immò vacuum Epicuri appellatur ab *Iren.* & Tertull. ut supra est adnotatū cap. 14. num. 161.

345. sciens iam nec videns illam.] *Sensua* est (inquit Rhenan.) Antequam foret illuminatus a Sotere, & antequam transiret in tabulatum Achamothem matris Demiurgus, ignorabat eam matrem suam; sed post illam illuminationem, & ascensum in superius cœnaculum, tum primum intellexit se habere matrem; quam ramen non videbat, quippe quae se receperat iam intra Pleroma.

346. Nam si ita erat semper, ignorare maluerit.] Idem hunc huius sensum ita reddit: Si res in Demiurgi manu fuisset, maluerit matrem suam Achamotham semper ignorare. Valde enim sibi placebat, atque sapiebat, existimans se solum Deum esse, & quicquid faceret, a semetipso facere. Postquam autem omnia a Sotere

LLIANO
ati onibus

Adnotat. in lib.

560

est edocet, & in tabulatum matris Achamotha ascendit, cognovit se viribus matris adiuvum, quā tamen non videbat in superius Pleromatis domicilium translatā. Inde demittebat animum, qui sola opione beatissimum, poterissemus, ac gloriissimum ante Deum fuerat.

CAP. XXXII.

347. Humana verò gens, &c.] Caput hoc inscriptum: De exiū seu dispensatione mercedis triclinis hominis. Repetitur autem pluribus, quod supra tribus verbis dixerat cap. 26. Et late refutatur ab Irene. locus supra citatus num. 32.

348. Choica & materialis nota in totum interitum.] Sic lego, addito: in, quod subintelligi scripsit Rhenan. qui adnotat: tonum dici propter corpus & animum. Alioquin dimidiatum tantum est interitus Irene. Et Choicum quidem in corruptelam abire dicunt. Nam sit mox & corporis & animae mentis.

349. Et anima mortalis apud illos, &c.] Quod anima mortalis non sit, non uno in loco tractat Author lib. sequ. de Anima, quod Lectorem remittiuit.

350. Iustorum anima, id est nostræ, &c.] Irene: Iustorum quoque animas (inquit) refrigerare & ipsi in medietatis loco. Nihil enim Psychum intra Pleroma transfere. Vbi Irenei (inquit Rhenan.) Interpres verbum: Refrigerare, nequam aliter accipit sive absolute. Qui etiam recte explicat illud: qua census, &c. id est, secundum eum censum, secundum quem nihil animale in Pleromatis palatiuum admittitur.

351. Illic itaque primò despoliuntur homines ipsi, &c.] Hoc dicit (inquit idem) ne quis de spoliatione corporis intelligat, nam & subiungit: despoliari est autem deponere animas, &c. in quo Valentinianni, quod absurdum est, animas à spiritibus distinguabant. Verum maximè illam blasphemiam impugnat Irene, libro 2. num. 52. & 53. quod animas suas seu spiritus meliores facerent Demiurgi, id est Deo creatore. Sive autem legas: despoliari hic & posse, siue: despoliari, perinde est; nam variant etiam 3. MS. Vatic. cod.

352. Tunc illi Sabinas raptas, &c.] Sensus est (inquit idem) Angelis fore animas, quod inuentui Romane erant Sabinae, videlicet vxorum loco. Liu. libro 1. Decad. 1. scribit, quem recens à Romulo condita vix Romae esset, & penuria mulierum laborarent, nolentibus finitimis sanguinem & genitum misceri cum Romanis, quos timebant, ludos ex industria paratos. Neptuno equestri sollemnes, ad quorum spectaculum Sabinorum (inquit) omnia multitudine cum liberis ac coniugib[us] venie. Quam ludi celebrabantur, deditque eō mentes cum oculis erant, tum ex composto orta vix signaque dato inueniens Rom. ad capiendas virgines discurrunt. Magna pars forte, ut in quem queaque micerat, raptas; quasdam forma excellentes primoribus parum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant.

353. Hæc erit spiritalium merces.] Spiritalium (interpretatur idem) hoc est, Valentiniianorum, qui spiritalium illud semen sibi solis vendicant. Est autem Irene.

354. vt Marcus aut Caius.] Etiam hoc ad phrasim Iureconsultorum pertinet, de qua supra Tom. 1. Apolog. cap. 3. num. 37. & cap. 48. num. 607. Quod pertinet etiam illud: pater, auus, proaous.

355. & hæc omnia.] Sensum hunc reddit Rhenan.

Fabula tales viiles, vt tu qui Marcus vocari te Caius, hoc tibi immovere possit facias; vt quaque in vita fueris bābarus (quod viri, non mulier indicatur est) & quamquam existenter seuerus maritus, sive delictus libidinis, & castitatem tuam uxorisque feruimus, licet etiam fuerit seuerus pater, seuerus auus, seuerus & grauis proaous, ad virtutem inquam in virtute libens, & que nepotibus; licet præteres sis maefacie, cum concubum omnium gentium leges prohibeant, quod omnia excludendam istam contumeliam sufficere debet; illa inquam hæc omnia que modo retulimus, fuerit in vita nihilominus futurum scias, ut intra Nymphem Pleromatis, non obstante loci reverentia ab angelis complacere, & forsitan ex eo complexu viterum fore, parvulus noscendum Eonem, qui tibi usiū elephas, & muli obsequium prestat.

356. in Nymphone Pleromatis.] Omnia scholasticum castigant ex Epiphasio, secundum quadruplicem ardentiorem & Billius in Ireneo, pro ex quod erat Nymphone. Neque enim cōcensus, quod hæc uix fingeat illo modo ad insestutum facit, sed optime quadruplex, id est, thalamus nuptialis, quippe quoniam dicitur Valentinianni ad illud Christi: Numquid pollici sponsi ieiunare? ubi legitur vpu. Quod vero:

357. facendo aam dixi.] Apologetis est in Rhenan.) deest enim patiaris aliquip turpe. Sic quid tam: Nouimus & quiete.

358. aliquem Onesimum Eonem.] Hunc dem exponere aliquem noscendum ac puelum, in utilem sibi futurum ministrum; nam in Pleromatis timiano tātum Eone generantur. Significat eum orphos Graecis, utilem.

359. pro face & flammeo.] locutor (inquit) & adiudicat ad veterem Romanorum morem, quoniam nuptam tres pueri patrini & matrini, id est pater & mater adiuc erant in vita, deducuntur, nisi ex spina alba preferente, dubius reliqui subiectibus. Author est Festus Pompeius, faciem aquam honorem Cereris preferri solitam, & aqua frigida nuptam, sive ut casta puraque ad virum venient, per ignem arque aquam cum viro communicant. Sic autem, ut idem erudit, flammeo nubes, omnia causa, quod eo absidue ritebatur flaminica, plenus virus, cui non licet facere diuertum. Apud legimus hinc esse nuptiarum & nupta evanescere, quod nubentis caput flammeo obnubiletur, quod qui obnubere vocabant.

360. Tunc credo ignis ille arcanus, &c.] His autem factis ita, qui latet in mundo ignis, & scens, comprehendens visusam materialis corporis ipsum simul consumptum, abire dicunt in id, nunc est. Adiudicant ad ignem conflagrationis post inde eius mentis fit 2. Petri. 2.

361. Sed nec ego, &c.] Næ (inquit Rom. 8.10) adfirmandi Aduerbiū, quo Latini. Autem enim solet, nempe, ut alibi etiam adnotat unit. grec. teneat. Achamoth autem filius Demiurgus intelligatur.

362. ne Phileetus iracutatur, ne Fortunata amabitur.] De Eone, cui nomen Teleus seu Phileetus vide supra nu. 87. & 98. De Fortunata fuit 11. auct. secundi Monogensis coniuge, num. 86. quare etiam hinc Fortunata, pro: fortuna.

363. vbi post excellum omnino non nobis, sive nubitur. legas: cum exc. sive: obnubitur non. MS. Vatic. cod. perinde est. Excessus autem (in)

LIBERTU
CUM ANNO
PAMIE
AN
56

Rhenan.) pro morte. Sic & Sueton. loquitur. Cicero soler addere Ablat. vita, vel è vita. Ut cum in Orat. dicit: Sed ad eos, si placet, qui vita excessere, reuertantur. Adludit autem ad illud Christi: In futura seculo neque nubent, neque nubentur.

364. ubi superindui potius, quam despoliari.] Hic adludit ad illud 2. Cor. 5. eo quod nolumus spoliari, sed supervestiri.

365. sexui meo deputor. &c.] Quod sexum in resurrectione seueratur simus, latius deducit infra sub finem lib. de Resurr. carnis, ubi huc etiam adludere videtur, hi verbis inter cetera, cap. 59. & ipsi Valentianii hic errare didicerunt, nec alia erit forma nationum creditendum, nisi qua & non creditum, de carne, de anima. Quorum tacite obiectio postea responderet, cap. 62. dicens: Non dixit: Erunt angeli, ne homines negaret; sed tamquam angeli, ut homines conseruerat. Hoc est enim quod hic additur: non angelus, non angel.

C. P. XXXIII.

366. Producant denique, &c.] Caput hoc inscribitum: De emendatoribus Ptolomei, qui Bytho duas adtribuebant coniuges. Quod ipsum etiam Auditor desumpit ex trevo lib. 1. c. 6. Vbi magis placet illud vet. Interpreti: Hi vero qui sunt circa Ptolomeum scientiores; eo quod hic sequitur: ab emendatoribus Ptolomei, quem quid Billius: Ptolomeus vero qui id ad verbum translatus ex Epiphanius her. 33.

367. veluti Epicitharifini post fabulam.] Quaym fabulae (inquit Rhenan.) recensabant olim publice, ad demulcentes spectatorum animos, qui radio longe narravimus iam languebant, in fine priusquam dimitterentur, etharcodus aliquis prodibat. Sapit autem Proterbum: veluti Epicitharifini post fabulam. significat autem huius fabulae: Comediam, seu Minutum. Dicitur: Attitudinaria, sicut' Orpheus, aut' Orpheus.

368. ab emendatoribus Ptolomei, &c.] Hinc patet verum esse quod supra diximus cap. 4. num. 29. omnia quecumque hoc libro hactenus conformiter trevo addita sunt, siuisse ex sententia non tam Valentini, quam Ptolomei; atque adeo puto potius inscriptum hunc librum: Aduersus Valentianos, quam: Aduersus Valentianum; nam hic qui alter sentiunt emendatores Ptolomei, vocat discipulos super magistrum; ubi adludit ad illud Christi (etiam adnotante Rhenano:) Non est discipulus super magistrum.

369. qui duplex coniugium Bytho suo adfinigent, &c.] Rursum lego: Bytho, pro: Bythio, iuxta quod supra latius adnotauit cap. 7. no. 58. Similia autem ad hoc hunc intellectum Iren. verba haec citat Rhen. Hi vero inquit, qui sunt circa Ptolomeum scientiores, duas coniuges habere Bython dicunt, quas & Dispositiones vocant, Ennean & Thelosin. Primo enim mente concepi quid emittere (id est: aliquando emittere) scut dicunt, unde vobis. Quapropter dubius his affectibus & virtutibus, id est, Enneas & Thelos, velut commixtis inueni, enī Monogene & Alethie secundum coniugationem facta est. Quos types & imagines duorum affectuum Patri abgessis esse inuisibilium visibiles: Thelos matis quidem Nun, Enneas autem Alethia. Et propter hoc adventus voluntatis masculina est imago, innata vero Enneae feminina, quoniam Voluntas velut virtus facta est Enneae. Cogitabat enim Ennea semper emissio nem, non tamen & emittere ipsa per sometipsam poterat que cogitabat. Quum autem Voluntas virtus adueni-

tum quod cogitabat, emisit. Hac tenuis ille. Porro vice commentarij ista nobis erunt ad intelligenda que Tertull. prosequitur. Lugo autem cum Interpret. Epiphani, apud Irenum: malcula imago, pro: masculus; & feminina, pro: femininus.

C. P. XXXIV.

370. Pudiciorum alij, &c.] Titulum huic capiti datum: De aliis qui aut nullum aut utrumque sexum Bytho tribuunt. Quod desumpit Auditor ex calce 5. c. lib. 1. Iren. Sive autem legis cum excus. Pudiciorum, sive cum 3. Vatic. MS. cod. Pudiciorum, perinde est. Lugo vero ex ipsisdem: coniugij, pro: coniugis, & rursum Bytho, pro: Bythio. Nam & conformiter Irenus: Etenim (inquit) de ipso Bytho varia sunt sententiae apud eos. Quidam enim sine conjugatione dicunt enim neque masculum neque feminam, neque omnino aliquid esse. Quae ipsius verba etiam descripti Epiph. her. 32. ubi de Secundanis agit.

371. Alij contrā magis & masculum & feminam, &c.] Irenus: Alij autem, inquit, & masculum & feminam dicentes est, Hermaphroditi genefin ei donant. Atque etiam istud ibi descripti Epiphanius.

372. Lunenses,] Luna, oppidum Hertruria celebratur à Plinio, lib. 3. cap. 5. qui & alibi Luna se marmor commendat, etiam Ennio notum. A Ptolomeo etiam lib. 2. cap. 5. eiusdem nominis promontorium in Hispania. Fortassis ab illo Lunenses vocantur populi illi, de quibus mox sequentia verba Plinij.

373. Hermaphroditum,] Plinij (inquit Rhenan.) lib. 7. cap. 3. de prodig. partibus: Gigantur, inquit, & utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Anargyros vocatos, & in prodigiis habitos, nunc in dulcius. Idem in lib. 11. Contrā mulierum, inquit, paucis prodigiosa assimilatio. Sicut Hermaphroditis utriusque sexus, quod eriam quadrupedum generi accidisse Neronis principatus primū arbitror. Ostentabat certe Hermaphroditas fabulos carpento suo equas, in Treverio Gallicis agro repertas; etenim plene videnta res esset, principem terrarum insidere portentis. Hactenus ille. Quibus adiunge quod supra ad illud cap. 10. Feminamare adnotauit idem Rhenan. de Orphei versiculo apud Apol. lib. de Mundo:

Iupiter & mas est, & nescia fēmina mortis.
Hui eriam adludit Dama, lib. de heret. Hermaphroditos ex parte Viriūs natos esse dicunt, quos etiam Deos ex seculo esse ponant.

374. Annalium Commentator Feneftella,] Ex Feneftella (qui alias L. Feneftella) multa desumpisse se facetus Plin. lib. 1. nat. hist. citat etiam nominatum l. 33. cap. 1. & Annales Feneftillae à Nonio citantur in vocabulo: Presente. Meminit etiam Plutarchus in vita syllae, Gellius alioibi, & Vlpianus.

C. P. XXXV.

375. Sunt qui nec principatum Bytho defendunt, &c.] Caput hoc inscriptissimum: De aliis qui Bythum post Ogdoadem primam collocant. Quod etiam habet ex Iren. sub finem cap. 5. lib. 1. Legimus autem rursum: Bytho, pro: Bythio. Soler autem (inquit Rhenan.) loqui Tertull. Defendere aliquid alicui, ut in lib. de Resurr. carn. Corruptionem (inquit) perpetuam veteri defendat.

376. postumatum,] Postumus est (inquit Rhen.) qui patre iam humato, post mortem eius nascitur. Hinc postumare verbum ipse deduxit in lib. de Resurr. carn. pro: posteriorē esse, ut quem dicit: ordine postumatum.

LILIAN
anti anibus

Ab hoc postumatus verbale nomen iuxta quartam declinationem, pro partibus non primis secundum tempus, sive posterioritate, ut usurpem vulgare, sed barbarum vocabulum.

377. Ogdoadem ante omnia præmittentes.] Iren. Alij autem (inquit) rursum ipsorum primam & archegonon oiborationem his nominibus nominauerunt. Primum Proarchen, deinde Auennocton, tertiam autem Arribeton, & quartam Toraton. Significat autem Ἀριπτος ineffabilem. Et de prima quidem Proarche emisum est primo & quinto loco Archenzex Auennoete, secundo & sexto loco Acataletron, & de Arribeto, tertio & septimo loco Anonomastor, de Torato autem quarto & octavo loco Agenneton. Pleroma hoc prime Ogdoadis. Has volunt virtutes sūisse ante Bythum & Sigen, ut perfectiorum perfections appearant, & Gnosticorum magis Gnoscia vni. Vbi (inquit Rhenan.) Interpres Irenæ Genitios non mutauit in Ablatiuos, verbum ad verbum nimia religione exprimens. Atque etiā etiam MS. 3. Vatic. cod. legavit Archeton, recte ex Irenæ substituit idem Rhen. Arribeton. Quis & aliarum Graciarum vocum harum interpretationem Latinam habes supra in Eorum Catalogo post Argumentum nostru. potissimum ex Interpretate Epiphanij. Nam etiam hæc ex Iren. nominatum adserit her. 32.

C. A. P. XXXVI.

378. Quanto meliores qui totum hoc tedium amoliti, &c.] Inscriptio huic capiti damus: De his qui uno paru Ogdoadem ex Bytho & Enneca volunt productam. Quod rursum desumpfit ex c. 6. lib. 1. Iren. Qui autem (inquit) prudentiores, &c. Porro sua ex Greco versione Abb. Billius istam opinionem Colorbalo attribuit, quemadmodum etiam Epiphanius her. 35. etiam Colorbasm à Ptolomei radice ortum hac dixisse. Addit præterea Iren. quod Autor non habet: Et iam non ex Logos & Zœ Anthropen & Ecclesiæ, sed ex Anthropo & Ecclesiæ Logon & Zœn.

379. per gradus reuera Gemonios.] Adiudicat (inquit Rhenan.) ad seculas Gemonias fontium suppliciis infames, que erant in Auentino, in decimatercia regione urbis. Graduum Gemoniorum meminit Plin. lib. 8. cap. 40. Sed supra omnia in nostro euo Actis populi Romanorum testatum, Appio Junio & P. Silio Coss. quam animaduertetur ex causa Neronis, Germanici filij, in T. Sabinum & seruitia eius, unius ex his canem nec à carcere abiit potuisse, nec à corpore receisse abieciit in gradibus Gemoniis, mæstos adentem vialium.

380. structum.] Structum (inquit idem) frequenter usurpat per constructo, sive exstructo; ut in lib. de Carne Christi: Caro igitur Christi de coelestibus structa. Item in lib. de Resurr. carn. Ex quibus homo structus est. Vide similes locos supra Tom. 2. lib. de Patient. cap. 3. num. 22. Huc pertinet etiam verbale nomen structus, pro structione visitatum Authori infra lib. de Animæ. c. 18. animæ suggestum & structum.

381. mappa (quod aiunt) missa.] Vide hac de re supra dicto Tom. 2. lib. de Spec. c. 6. n. 143. & aliquid etiam in Prolegomenis, eo quod Author tamquam Proverbiali formula utatur.

382. semel oibouigem istam ex Patre & Enneca, &c.] Iren. numerum certum non addit, Epiphanius: semel sive seculorum emisum, &c. Negue enim plures hic Eones quam sex recenset à Patre & Enneca productos. Tertullianus, vero illos una numerat. Corrigendum autem Epiphanius, ut legatur: sed velut alijs volunt, &c.

pro: aut Legimus autem ex patre, pro quod corripit irreperat: ex parte, non obstante Rhenan. castigatione. Nam Iren. habet: Ex Propatoris, & mox sequitur: pater dictus est. Ennean. vero etiam supra cap. 7. ad. 6. vocat Author Sigen. Bythi coniugem, ut non sit opinio, id nomine seculatoribus Ptolomei dimicata adscribit, quibus haec opinione Rhen. tribuit.

383. Cogitauit profere, hoc pater dictus est. &c.] Iren. Quando aliud voluit (inquit) profere, hoc pater vocatus est. At ubi que emisit, vera fuisse, hoc Eleutheria vocatus est. Quum autem validus presumsum ostendere, hoc Anthropos dictus est. Quo autem cogitauit, posteaquam emisit, hoc Ecclesia vocatus est. curus est Anthropos Logon, hic est primum genit. Subsequitur autem Logon Zœ. Et sic prima estimata plena est.

384. probari. Probari (inquit Rhen.) proponit: id est: probabile ostendit, sine fenti, peripetyque, quod Cicero sic uti solet. Pro: præcogitauit, quod habet. & Tertullianus legit Epiph. Interpres: prædelegit, &c. est: θεολογοτερο. Atque MS. 3. Vatic. cod. Sed hoc radium non puillum. Verum placitum lectio.

C. A. P. XXXVII.

385. Accipe alia ingenia, &c.] Titulus habemus: De alio qui primo loco collocauit & Vnitatem, Monada & Unionem rursum desumpfit ex cap. 5. l. 1. Iren. Alia vero (inquit) qui & clarus est magister ipsorum, non oblitus, & quasi in maiorem agnitionem extulit in quaternionem dixit sic. Quæ verba mirum est in libro pretermissa esse, quantum apparet, quod si effet Grecus codex. Atque hinc quidem Epiphanius etat Epiphanius, Carpocratis nempe filium, cuius Valentianus coniunctus fuit: sed tamen coniunctus est. Tertullianus, quām ipsi hanc opinionem tribuit. Atque præterea (inquit) etiam hī velut ad maiorem agnitionem ex scientia progreſſe, primam quaternionem fecerit quād adiūtum adiūtum. Author: qui ex sua Pontificia Etioritate, puto prius eum loqui, & prædictum neum, de aliquo Epiphanius seculatore, quām despicere, ut patet quis (vel ipso Epiphanius teste) xv. cap. 2. è viuis excecerit, & sic ad Pontificatum promovit potuerit.

386. cicutia Enniana.] Ita nunc primis in Circuriania, ex castigatione eruditiss. viri Dr. L. risi Angli, voce compotita ex cœcur, & Enniana. Author hic noster ita appellauerit per Iren. etiam vaga & calida, ita quām opinionem & ipsius adduxerunt hæc verba B. Hieronymi lib. 2. ad. 2. Sed nos (inquit) simplices homines & cœcures, nec illius sapientiam, nec tuam qui interpretari possimus. Super quo loco Marianum Simeonem putat, quod rudes homines deserunt Emanu. ex primis illis temporibus manefacti, quæ furens quorum ipse linguan didicunt, quam quām Greci adiunxit, propterea tria habere & corda & ut in gloriam loquuntur Tertullianus, quod sibi erat & fideliter. qualis Ennianus, viteretur quām hic interius. Fortassis Lyncuriana scribi debet. Nam quām hic de geny perficacitate fiat mentis, non nisi propria Lycurianum quadrabit, à Lycurio Lepide distinctione vobis, quam gemmam carbunculus similem trahit.

Plinii, & igitur colore fulgeret. Vbi occulta allusio quae sit ad Lyncestem illum, faxa & arbores oculorum ac penetrare solutum. Non alter enim Episcopus iste, cuius nomine etiam Ireneus obicit, ipsum Pleroma penitus insperxit, quam Lyncestis terram visa penetrabat, & remotissima queque perinde ac ante se posita cernebat. Hanc conseruaram (inquit ille) meam nolini studiose colare; tamen nihil est in contextu mustatum. Quod denique adiicit & illud: Ceterum fieri potest ut ad Circumarium aliquem sui temporis & regionis hominem adludat. Verum prius illud magis placet, quod supra cap. 7. sic loquuntur: Primus omnium Ennius Poeta Romanus, cœnacu-la maxima eoli, simpliciter pronuntiavit.

387. Est (inquit) ante omnia Proarache, &c. Iten. Est quidem ante omnia (sic lego ex Greco Epiph. proximes) Proarache proanemoes, & inenarrabilis, & immomabilis, quam ego Monotes voco. Cum hac Monotete est virtus, quam & ipsam voco Henoteten. Henotes & Monotes quoniam sunt unus, emiserunt, quem nihil emiserint. Principium omnium Noēton, & ageneton, orator. Quam Archen sermo Monada vocat. Cum haec Monade est virtus eiusdem substantie ei, quam & eam appello Hen. Et autem virtutes, id est, Monotes & Henotes, & Monas, & Hen, emiserunt reliquias emis-siones, monum.

388. Mutetur Unio & Unitas, &c. Isabet (inquit Rhenan.) priorem ordinem invertit. Et simili invertit, ne deus existare differentiam. Illud autem: & suum Solicas accipit Στοφωτικῶς, ut sit suum Solitas, id est eius Episcopus vocabulum, de quo loquitur. Dicit autem: suum, propterea quod hoc nomen ad Moneten (id enim significat, non Monada) exprimendam esse existit.

C. A. P. XXXVIII.

389. Humanior iam Secundus, ut breuior, &c.] Caput hoc inscriptum: De Secundo, qui duas Terras diuinit in dextram & sinistram, lumen & tenebras. De quo, & item altera eius diversitate: de vir-tute defectrice vide supra lib. de Prescript. adu. heret. cap. 49. lib. 13. num. 31. Desumptus autem etiam virrum que hic ex Iren. lib. 1. cap. 5. paulo ante precedentem. Cui compunctum Epiph. her. 32. & Thedor. vbi supra quoniam illa late refusat appellationem has dexter & ini-stra, & luminis & tenebrarū. Facta est autem etiam Secundi mentio supra cap. 4. num. 31.

390. Ogoadden in duas, &c.] Iren. sic: Secundus autem Ogoadden (omito: primum cum Billio & Ter-tullio) sic tradidit, dicens: Quaternonem esse dextram, & quaternonem sinistram, & lumen & tenebris.

391. Tantum quod desultricem, &c.] Desul-tricem (inquit Rhenan.) intelligit, inconstantem & infabilem. Pro quo quum Iren. habeat: discedentem (saltum Greco, & scire castigandus est) expone etiam hic desul-tricem, id est, secundem à reliquis Ånonibus, & Sophia accipe. Telli coniungem, que propter inquisitionem patris magna adens discribitur, tandem nobis Enthymesis seu Schismatam peperit. Atque lego ex edem Iren. & E-piph. ac aliis: non vult ab aliquo xxx. Ånonum deducere, sed à fructibus de substantia corū venientibus, id est, à posterioribus Ånonibus, ut supra etiam adnotauimus loco citato; addens proinde voces: triginta,

Or: corum, qua desiderabantur. Porro similiter loqui-tur Apuleius Madaurensis in initio Ånni sui: Scientiā id est, cognitionem lingue Latine, quam ē Graeca in Ita-lian translatus didicerat, desultrioriam appellans: vide-litter, quod de Graecis studiis (inquit Rhenan.) in Latina desulter, imperfectam, ac nondum factis confirmatam si-gnificare volens. Metaphora duxis ab equitibus desultrori-bus, qui de equo in equum transiliunt.

C. A. P. XXXIX.

392. De ipso iam Domino Iesu, quanta diu-citas, &c. Verba hec titulum huius capituli indicant. Quod ipsum etiam despiciunt ex Iren. cap. 7. lib. 1. ab Epiphano vero peculiariter tribuitur Colorbasis, her. 35. Se-militer & à Theodor. heret. lib. 1.

393. Hi ex omnium Ånonum blasphemis, &c.] Hanc blasphemiam latè commemoravit Author, cap. 12. quod Leitorem remittimus; hic adiicare contenti verba Irenaei: Quidam enim cum ex omnibus nempe Ånonibus generatione dicunt; quapropter beneplacitum vocari, quia uniuersum Pleroma bene sensu glorificare Patrem.

394. Illi ex solis decem, &c.] Iren. Alij autem ex solis decem Ånonibus, qui sunt à Logō & Zōe emis-si, & propter hoc Logos & Zōe dici cum, parvum (seu potius, ut Billius auita) nomina custodiunt. Verum & haec blasphemia est. Atque de decem istis Ånonibus vide supra cap. 8.

395. Illi ex duodecim potius, &c.] Iren. Alij autem (inquit) ex duodecim Ånonibus, his qui sunt ab Anthrope & Ecclesia facti, & propter hoc filium homi-nis se profiteri, velut postgenitum Anthrope. Est vero etiam haec blasphemia. De duodecim porro Ånonibus vide supra cap. 8.

396. Alij à Christo & Spiritu sancto, &c.] Iren. Alij à Christo & Spiritu sancto, iiii (nam sic lego, pro: corum) qui ad firmamentum (universi; id enim addo) Pleromatis emis-sunt, (de his blasphemis supra latius c. 14.) facti, cum dicunt; & propter hoc Christum vocari, patris sui, à quo emis-si est, reuincentem appellationem. Hoc est autem quod dicit Author: iure paternæ appellatio-nis hæredem; qui hic uniuersitatem vocat, quod suprà Pleroma.

397. Sunt qui filium hominis aliunde, &c.] Quandoquidem istam postrem in blasphemiam de Deo Pare homine impugnat Epiphanius, her. 35. puto eam potius proprie ad Colorbasos pertinere, contra quos ibi agit; pre-cedentes vero diolorum esse Valentinius, Tertullianus sufficit tribus, quod ait, verbo eius absurditatem demostrare: Ut quid amplius spes (tu homo, inquam) de eius Dei fide, cui nunc adæquaris?

398. Talia ingenia superfruicant, &c.] Sive sic

legas cum exc. sive cum 3. MS. Vatic. cod. & 1. adit. in

margini superfruicant, perinde est. Illud tamen ma-

gis placet quod lib. sequ. de Ånnis, cap. 27. sic loquatur

Author: pariter hominem ex vtraque substantia

effructant. Addens autem ex materni seminis re-

dundantia, semes Åchanothianum (inquit Rhenan.)

intelligit, de quo multa ante dicti sunt, præsertim c. 25.

399. in sylvas iam exoleuerunt Gnosticorum.]

Hinc patet Gnosticorum principem fuisse Valentinius,

de quibus latinis infra Scorp. adas. Gnosticos, num. 2.

ÅN
ati onibus

PERTULLIANVS antea de solo CENSV seu origine ANIMÆ CO-
GRESSVS HERMOGENI(libro qui desideratur, cuius fragmenta ha-)
bentur Tomo sequ.) hunc de omni statu ANIMÆ Librum conscriptum, et plan-
num cum Philosophis dimicaturus.

- I. *Imprimis autem, non à Socrate immortalitatē Animæ, sed à Deo descendam. Cuius
veritas comperta sine Deo, cui Deus sine Christo, cui Christus sine Spiritu sancto, cui Spiri-
tus sanctus accommodatus sine fidei Sacramento?*
- II. *Etsi enim natura plerique sibi gerantur, ut etiam ex Prophetis quædam hanc seruit Philo-
losophi, tamen vera quæque aut aliundè ab eis commendari, aut aliozum subornare.
tentius contrarii aliquibi regulae nostræ.*
- III. *Atque utinam nullas hæreses oportuisset existere; nihil enim omnino cum Philo-
Patriarchis hæreticorum experiendum foret: quum verò illi de nidoribus Philo-
sophi iversissimis opinionibus purum aërem Veritatis infuscent; & illa quibus à Philo-
sophi piuntur, destruenda, & hæc quibus fideles ab hæresi concutiuntur, retundenda.*
- IV. *Deinde ad institutum accedens, primum aduersus Platonem Animam natam dicit,
ut potè ex Dei flatu.*
- V. *Plures etiam Philosophos, et si Aristotele & Platone corpulentiam ei auferat,
corpus Animæ vindicasse.*
- VI. *Quod paradoxon etiam Auctor hic secutus, Platonicorum argumenta, quibus corpora-
alem Animam adserebant, satis friuole refellit.*
- VII. *Immò corporalitatem Animæ ex Euangelio perperam probare nititur.*
- VIII. *Ad alia iterum Platonicorum argumenta respondens.*
- IX. *Quid: quod effigiem quoque Platone nolente (refutante etiam B. Augustino) re-
creatur Animæ quantumvis immostali adsingere; eamque coloris aërei & lucidi.*
- X. *Rectius deinceps unum esse docet Animam & Spiritum, vivere & spirare; ut
quod ad statum fidei pertinet, simplicem Animam determinate secundum Platonem.*
- XI. *Fra tamen Spiritum Animam dicit, ut neque Dei spiritus sit, quod videbatur Homi-
nes sentire, neque spiritale nescio quod semen Valentianorum Animæ collatum fa-
tus sit Animæ quo sapit: idque contra Anaxagoram & Aristotelem, quorum illi
misericibilem, iste passibilem animum negabat.*
- XII. *Quod etiam inde probat; quod principalitas Animæ, non Animo tribuatur
Animam Deus semper adloquitur, non Animum.*
- XIII. *Quum autem diuiditur Animæ in partes à Platone aut aliis, vires & effici-
operas diversas intelligi, sicuti de quibusdam etiam Aristoteles iudicauit; ut potè etiam
cum aliis plerisque unitatem Animæ agnoscens.*
- XIV. *Hegemonicon interim, id est, summum in Animæ gradum sapientiam, contra
sentiebant Asclepiades & Dicaearchus, cum Platone & Aristotele agnoci etiam
stianis, idque in recessu cordis.*
- XV. *Ad fidem quoque pertinere, quod Plato partitur Animam per rationalem & irra-
tionalem; ita tamen ut naturæ primæ deputetur rationale, irrationalē vero transfor-
mari; non tamen placere irrationalis distinctionem in indignatiuum & concupiscenti-
um.*

quod utrumque etiam Christo & rationali animæ competit.

Etiam in hoc non probari Platonem & Academicos, quod sensualitatem quinque sensuum irrationalē pronuntient: neque enim licere sensus istos in dubium reuocare, ne in Christo de fide eorum delibetur.

Neque audiendos hæreticos, qui non aliter quam suas Plato Ideas, intellectualia faciunt veritates, sensualia vero imagines veritatis dum taxat; sed perinde Animam per corpus corporalia sentire, quemadmodum per animum incorporalia intelligit; sic tamen ut etiam sentiat, quem intelligit.

Atque adeò intellectum semper Animæ inesse, ut etiam reliqua Animæ natura.

Etsi autem uniformis Animæ, sc̄tu tamen ingeniorum multiformem, pro conditione cœli & soli, pro ratione operis & curæ, pro temporum euentu, pro licentia casum, & corporis, etiam valetudine; ut ne de FATE NECESSITATE quid dicatur, de qua suo titulo differuerit.

Poīnde etiam Animam, contra quam sentiunt Valentianiani, convertibilem fuisse liber arbitrij potestate, IV XTA QVOD MARCIONI IAM ET HERMOGENI OSTENDERIT.

Quocirca Animam definiri: Dei flatu natam; immortalem; corporalem (en iterum paradoxon Auctoris) effigiatam; substantia simplicem, de suo patientem, varie procedentem, liberam arbitrij, accidentis obnoxiam, per ingenia instabilem, rationalem, dominatricem, diuinatricem.

Dum deinceps queritur, unde Animæ hæreticos quosdam non recte eam è cœlis deferunt, atque eodem indubitate reddituram adscrere, quorum omnium condimentarium Plato.

Nouum itaque Platonis argumentum elidit; dissentias reminiscencias esse, hoc est, venientes è cœlo animas oblinisci eorum in quibus fuerint prius, debinc ex his visibilibus recordari eorumdem.

Agit deinde aduersus Stoicos, & ipsum interdum Platonem, qui post partum corpori Animam inducunt, ex aëris frigidipulsa, aut prima spiratione.

Eorum sententiam, etiam ex Scripturarum Christianarum fundamento, impugnans.

Definiens simul ambas Animæ corporisque substantias, & concipi, & confici, & perfici.

Porro etiam Platonis secundum Pythagoram temerarium mendacium μετεπέλθοντι impugnat, id est recidiuatum animarum, reuolubilem ex alterna mortuorum & viuorum suffectione.

Etsi enim ex viuis fiant mortui, non tamen ideo ex mortuis viuos.

Dein, si ex mortuis semper viui, unum omnino & cundem oportere fuisse hominum numerum; quum econtrario inueniamus paulatim humanum genus exuberasse.

Etiam, si ita sit, singulas animas in singula corpora reuerti oportere; eadem etate, eisdem institutis, ingenis, artibus, & ex omni gente, sexu, dignitate; quod tamen ipse Pythagoras non admisit.

Delirare vero magis Empedoclem; qui μετεπομπῶν induxit, bestias ex hominibus, & homines ex bestiis reuoluentem.

Neque vero etiam iudicij nomine vindicari hoc dogma; evacuari enim, si crimina non aliter puniantur, aut merces non alia bonis detur, quam in animalia restitutio.

Eadem repercussione cadi, etiam Simonis Samaritæ hæretici similem opinionem, de

LLIANO
at tonibus

Argumentum libri

566

- sua Helena; quam per alios atque alios habitus femeinos volutatam, etiam illam sufficiebat Priamo perniciofissimam.
- xxxxv. Immò etiam Carpocratis Animarum recorporationem, qua toties volebat Animam in corpora reuocari, quoties minus de delictis satisfecisset; qui etiam Heliae redditum fructus proprieatis interpretatus sit.
- xxxxvi. Reuersus inde ad prius institutum, etiam sexam (quem tamen D. Augustinus negat Anima & corporis simul oriri tradit.
- xxxxvii. Omnen autem hominis paraturam aliqua potestate diuinæ voluntatis ministratio ab augeo nempè aliquo) modulari; simul etiam crescere & proficere, Animam ingenio & sensu corpus modulo & habitu.
- xxxxviii. Pubertatem quoque, uti in corpore, ita & in Anima, simul exsurgere suggestus sum; & etiam ciborum concupiscentiam esse in Anima, sed necessitate corporis, non proprietate, ne quis hinc mortalem credat.
- xxxxix. Item nullam fermè Animam sine dæmonio esse, saltem in ethniciis, donec in Christianis scatur.
- xli. Tandiu enim Animam ex carnis societate in Adam immundam censeri; & peccatum Anima, quam carnem dici.
- xlii. Atque adeò, malum Anima non solum ex obuentu spiritus nequam superstruitur, ex origine quo obscuratur bonum eius prius, donec reformatur per secundam eius natum ex aqua & superna Spiritus sancti virtute: à quo ibi excipitur, sicuti à profano spiritu pristina.
- xliii. Atquin mortis quoque tractatum ad nos pertinere (secus quam Epicurus sentit) in Anima consummat.
- xliii. Proinde etiam somnum mortis speculum; quem non supernaturalem, sed naturalem, tum aliis rationibus, tum scripturis sacris probat.
- xliii. Nam quod de Hermotimo scribunt: Anima illum in somno caruisse, id subornatus somnus, non otium Anima, sed secessio crederetur.
- xlv. De somniis quoque, & accidentibus somni, quatenus ab exstasi differunt, diversus quibus significatur Anima perpetuè negotiosa, quod immortalitatis est ratio; in quibus omnibus non magis ob stupri visionem damnabimur, quam ob Martyrij coronabimur.
- xlii. Neque enim vana esse in totum somnia (uti iudicabat Epicurus) multis exemplis bari; & varios esse Commentatores, ac in hanc rem affirmatores.
- xlii. Christianam verò eam esse sententiam: à dæmoniis plurimum incuti somnia, citius interdum; Deo interim deputanda, si quæ honesta, sancta, Prophetica, reuelatoria, predictoria, vocatoria; quædam etiam fibimeti ipsi Animam fingere ex intentione circumstans; reliqua denique exstasi separanda.
- xliii. Atque adeò ex ingenio magis quam constantia, somnia à Platone estimari: rati certiora ab extremo noctis, certis anni temporibus, quietis situ, aut ciborum distinctione, derogatione.
- xlii. Et verò etiam infantes ac Atlantes somniare; quum & somnia à Deo sint, nali iam gens Dei sit extranea, in omnes terminos orbis Euangelio coruscante.
- l. Nunc ad mortem quod adinet, debitum esse toto humano generi natura finem, quem Epicurus id neget, & Menander hereticus ad suo baptismo initiatos periret, apud quem nec pro Deo mori Lex est; nam etiam Enoch & Heliam mortuorum Ioannem iam obiisse.

Opus autem mortis esse separationem corporis & animæ; quantumuis quidam Philosophi crediderint; post mortem quasdam animas hærente corporibus.

LII.

Atque omnem mortem, sive ordinariam, sive extraordinariam, non ex natura esse, sed ex culpa, nec ipsa naturali.

LII.

Excedere porro Animam, non deficere dilabentibus paulatim corporis instrumentis; iam clariorem obtutu ac si de somno emergentem instantे morte; ut potè quæcum exultat aut trepidat, prout paraturam deuerorij sui sentit, de ipsis angeli facie euocatoris Animarum.

LIII.

Quo autem deducantur Animæ, varias esse Philosophorum sententias; inter quos Stoici Prudentum Animas in supernis mansionibus collocant, reliquas apud inferos; quos inferos Christiani non in gremio terræ, ut Plato, sed in intimis visceribus collocant.

LIV.

Suam verò eam esse sententiam (quæ interim ab Ecclesia non probatur) quod in finum Abraham seu Paradisum (de quo Librum ediderit) Martyrum solæ Animæ commigrent, reliqua vero ad inferos.

LV.

Atqui vanas eas esse opiniones; quibus putabant, tantisper in terris Animas detineri, donec iusta percepient; aut immatura morte presentias, isthac vagari, donec reliquias compleatur etatis.

LVI.

Neque vero ab inferis Animas, ex imperio demonum per Magicam (cuius species aliquor recenseret) aut ex arbitrio hoc redire.

LVII.

Atqui illic, interim dum corpus exspectant, Animas innocentium gaudere, & nocentium dolere ac puniri; vel ob cogitatus solos, quos censura diuina persecutur; maximè, quem etiam modica delicta ad nonissimum usque quadrantem illic luenda, ex Euangelio intellegatur.

LVIII.

Ceterum contra quam etiam viri quidam eruditii censuerunt, nihil dubitandum, quin germanus sit hic Tertulliani factus. Ut enim stylum prorsus eundem omittam, & præterquam quod BB. Hieronymus & Augustinus multa hinc etiam ad verbum citarint locis infra adductis; ipse Tertullianus non uno in loco id indicat. Sic enim Libro de Resurr. carn. cap. 2. Habet (inquit, de Lucano heretico loquens, qui Animam etiam dissoluendam putabat) & iste à nobis plenissimum DE OMNI STATV ANIMÆ STYLV. Et cap. 17. Nos autem ANIMAM corporalem & hīc profitemur, & in SVO VOLVMINE PROBAMVS. Rursum cap. 45. Nam & exinde à benedictione genituræ, caro atque Anima simul fiunt, &c. quod docuimus IN COMMENTARIO ANIMÆ. Est autem primum editus à Gagnæo, cum nouem aliis, quos Trithemius reperire non potuerat; deinde castigatus à Sigismundo Gelenio, ad exemplar Lælandi Britannicum. Postremum verò nunc, partim nostra, partim Latinij, Harrisij, & Carrionis opera (nam MS. deerant exemplaria) emendatior prodit; nouis etiam tum Argumento, tum Adnotationibus à nobis illustratus.

BB iij

LILIANO
ad annotationibus